

PLUTARCH

---

EROTICUS

1557

5000.d.102

1210. 10-0000  
1210. 10-0000




PLUTARCHI  
CHÆRONEI  
EROTICVS,

\*

*Interprete Arnoldo Ferrono Burdigalensi Regio consiliario, ad FRANCISCVM NOMPAREM  
Caulmontionum Regulum.*

LUGDVNI  
APVD IOAN. TORMAESIVM.  
M. D. LVII.





ARNOLDVS FERRONVS  
FRANCISCO NOMPARI  
CAVL MONTIORVM RE-  
GVLO S. D.



I quis est, Francisce Caulmonti, qui admi-  
retur me iam decursis adolescentiae annis,  
amatoria hæc scribere, is si mei consilij ra-  
tionem intellexerit, vna & id quod facio  
probabit, & me culpa omni liberabit.  
Ego, si quis exacuerit eò usq; illam ingenij aciem, atque  
bac sine naturali, sine assiduo more quæsita constantia  
esse potest, ut abyciat omnes blandicias, omnemq; ætatis  
cursum in literis, actione magnarum rerum, contem-  
platione humanaarum diuinarumq; rerum ponat, quem  
non amor, non delitiae vllæ, non ioci oblectent, sapienti  
nihil deesse ad bene beateq; viuendum, vnum illum li-  
berum, formosum, diuitem, imperatorem esse conten-  
dat: quiq; socratis id probet, pulchrarum vnam ean-  
demq; esse amissim, hunc mea sententia laudandum,  
ornandum, extollendum, fatebor. Vnum illum quantus  
quantus est, nihil nisi meram sapientiam non inficiabor:  
ad eum me prudentiae gradum, tametsi voluentem assi-  
due veterum libros philosophicos non peruenisse ingenuè  
agnoscam: Nihil hac parte auribus meis dari permit-  
tam: Magnifica illa sine persuasio, sine opinio, apud eos  
locum habeat qui eam allestant, & fouent: Obsoleuit  
iam & frigere cœpit, ipsaq; venustate evanuit apud nos

genus hoc philosophandi. Illa potius in me dicta excipiam proris auribus stipes, fungus, hebes, quam adire velim hæreditatem huius laudis non legitimis tabulis, non testamenti factione ciuili delatam. Soliuaga illa cognitio vmbraculis eruditorum contenta sit: si quis sic erit, ille mihi imago vetustatis, columen sapientie, exemplum seueritatis habebitur. Ex eo genere illos fuisse lego, socratem, Zenonem, Catonem, Spurinam. Horum qui similis est, fertur ille, quantum ego conjectura auguror, gloria vera, flagrat amore verè diuino, ardet cupiditate iuste & diuina hæreditatis cernenda: Ego homulus ex luto & argilla effictus quid mirum si per politam hanc vitam humanitate potius, quam illam austera secutus sim? Neq; tam restrictive illam præfiniam, condonans aliquid & etati, & temporibus? Tantisper dum me hominem meminero humani à me nihil alienum existimabo: ille alter teres, rotundus, totus ex se constans, qui rem propè omnium maximam, nihil vt admiretur asscutus sit, puppim sanè clavumq; teneat: Nos ne in sentinam detrudat. In transfris saltem sedere aut malos scandere, aut per foros cursitare, ne indigneatur. Si opera nostra vti volet si non vt architecti, at certè vt fabri ad edificandam rem publicam accedemus: si non edificationi integræ adhibebimur, parietinis tamē fulciendis operam nostram condicemus. Itaque si quem paulo seueriorem ad normam vetustatis omnia revocantē, inscriptio huius libelli perturbat, is hæc sibi paret dicta; quanquam neminem puto qui paulum modò tinctus sit mansuetioribus Musis offendiri posse: De amore enim scribimus honesto, pudico, casto, diuino: Scribimus more Platonis, Zenophontis, Panetij, Posidonij,  
huius

huius ipsius Plutarchi cuius librum è Græco versum tibi offerimus : Latini quidem si qui in philosophia sacra penetrarint , si quid de eo scribendum sibi putarunt id è Græcis velut peritissimis magistris accersendum sibi viderunt . Itaque à veteribus Criticis ut Gorgiam , Protagoram , Timæum , M. Tullij è Platone versum laudari videmus ; sic etiam Platonis Coniuium , quo vir ille diuinus amoris patrocinium suscepit : sensit opinor homo magnus , & in primis eruditus , ita festiuè , ita concinne , ita polite , hæc à Græcis conscripta , nihil ut scribi posset argutiùs : Ex illa laita Græcorum penu hæc esse depromenda . Me quoq; si quis adscribat huius sententiae , non falletur . Disidebunt quidem alys in rebus summi illi Philosophi ; hæc tamen in re sibi constabunt ; virtute una conciliari amorem , ratione conseruari , quæ cum adoleuit suisq; numeris absoluta est , sapientiæ nomen adipiscitur : Vnam illam , scopum esse amoris . Totius huius amatorie disputationis cardinem ita confitere , virtute ut de gradii deiecta , ne amori quidem locus relinquatur : virtus quidem ubi se extulit , & præluxit diuino illo suo lumine , eundemq; splendorem intuita est , in alys ad eundem se applicat , vicissimq; perstricta diuino illo lumine , flagrat cupiditate capiendi quod in alio est . Inde diuinus exardecit ardor , ubi fœditas , vitium , impudicitia sit , ibi ne amor quidem esse potest : Inde error vulgi secernentis pulchrum ab honesto , unde fœda & occulta captatio libidinum , aperta etiam , in his qui resolutis frenis legū plus possunt : quarum cupidio ubi latius erupit , neq; disciplina , neq; optimarum artium cognitio , neq; consilium ullum satis pollet quin ingenium et si antea excultum ad extremum ta-

men succumbat: His si quid in philosophia profecissent,  
 omnino id persuasum esse debuisset, si Deum optimum  
 maximum, mortalesq; omnes celare possent, nihil fæ-  
 dè, turpiter, impudicè, procaciter esse agendum, tam-  
 et si repugnet acriter, qua omnino implicata in omni sen-  
 su residet imitatrix honesti, voluptas: nec si improbi,  
 procaces, impudici, idem velle, idemq; nolle videntur,  
 sensibus sint coniunctissimi, officijs inter se certent, con-  
 festim inuadendum illis est in amoris nomen: Amor qui-  
 dem apud probos locum teneat, inter improbos factio sit:  
 Sed reprimam me: Plutarchum satius est ea de re au-  
 dias loquentem: quem ad te mittere constitui, vt cuius  
 & animus & facta vetustissimæ potentissimæ fami-  
 liae nomen ac merita vel representaret, vel etiam illu-  
 straret, præses essem earum præceptionum, que vt gen-  
 tium populorumq; consensionibus ad vitæ præsidium pro-  
 dita sunt, iia Principum gratia atq; potentia ad sui con-  
 seruationem opus habent: Nam maiores tui cum An-  
 glorum exercitibus terribiles, Regibus fuere formidabi-  
 les, tum subditis populis adeò benigni, vt ab alijs bella  
 geri, ab alijs exerceri bellis, parta conseruataq; imperia  
 viderentur. Itaq; tametsi rarum est, neq; vulgare, ori-  
 ginem trahere à Regibus, tamen diuinum illud sit po-  
 tius, Reges ipsos & facere, & tueri. Veteris enim Aqui-  
 tanici imperij sine vobis neq; facta est cuiquam accessio,  
 neq; mansit ipsum cui vos pro præsidio non maneretis:  
 Quas virtutes cum Dei beneficio hic nunc imitari tibi  
 non fuerit necesse, ceteris omnibus in bellis re ipsa osten-  
 disti, omnem gloriae occasionem & minorem esse animo  
 tuo, & factis suis inferiorem. Ut quam tu illam auda-  
 Eter quereres, aut feliciter exoptares, tam libenter illa ti

bi offerre sese, atq; dare predicaretur. Quis enim hostes  
 nostros vidit vbi tu non es? Quis redditas inuasionses,  
 impreßiones, clades, sine te, fratribusq; tuis fortissimis?  
 Sed opinor elatus ea magnitudine durum te præbes po-  
 pulis tuis, inferiores despici, pares contemnis: Haud  
 ita est: Te re magnum, opinione pusillum, comparatio-  
 ne quantum nobilitas, dignitas, opes tuae exigebant, sem-  
 per existimasti. Ita cum rara ac mirifica fortitudine  
 morum leuitatem coniunxisti, vt pro te ac tuis solùm,  
 non aduersus quempiam natum in doles ac natura tua  
 profiteatur. Literarum vero atq; eloquètia studia, quoad  
 vero principi liceat, tantum es asseditus, vt ambiguum  
 sit, quid efficacius in te admireremur, prudentiam ne ci-  
 uilem compositam cum exercitatione militari, an rerum  
 negotiorumq; intellectu, vel quotidianis sermoni-  
 bus, vel mundiore oratione conceptam, atq; expressam.  
 Ego quid aliud pollicear? quam omne meum studium  
 in eo genere officij quod ad decus & gloriam tuam per-  
 tinebit: in quo et si multi mecum certabunt, tamen cum  
 ceteris omnibus, tum lectissimis fratribus tuis iudicibus,  
 omnes victuros me non despero, quos quidem ego omnes  
 suauiter amo. Sed Godofredum amore singulari vt al-  
 terum me, eò charius quod versatur in hisce studijs phi-  
 losophicis & cum iudicio, nec sine industria. Tibi velim  
 tua merita erga me crebro in mentem veniant, quæ cum  
 ipse possis, mihi nefas sit, silentio obruere, iudicabis  
 mihi curam assiduam iniectam cauendi,  
 ne quid de amplissima mea erga  
 te benevolètia diminutum  
 esse videatur.  
 Vale.


**P L V T A R C H I**  
**CHÆRONEI SERMO**  
**A M A T O R I V S,**



*Arnoldo Ferrono Burdigalensi Regio  
Consiliario interprete.*



N Helicone ais, Autobule,  
 habitos esse sermones de  
 amore, Hos siue scriptis  
 mandasti, siue memoriae in-  
 fixisti, propterea quod pa-  
 trem s̄ep̄e interrogaueris,  
 velis nunc nobis rogantibus narrare. In He-  
 licone apud Musas, Flauiane, cum Thes-  
 pienses amatoria sacra celebrarent: Amori  
 enim sicut & Musis ludos solemnes quinto  
 quoq; anno, magnificè admodum & splen-  
 \* quantopere didè celebrare solent. Scis'ne \* quantum si-  
 mus deprecaturi omnes qui ad hæc audien-  
 \* modò vos da venimus? Non, sed sciam \* vobis dicen-  
 dixeritis. tibus. Noli in præsentia orationi inférere  
prata



prata & umbras & simul hederæ & lacuum cursus , & quæcunq; alia talia loca nocti affectant , scribendo promptè magis quam appositiè Platonis Hilissum & viticem illam & herbam quæ leniter ex aduersoquæ \*nata \*succreuerat. est. Quorsum istis opus est optime Flauiane:finito proœmio sequi solet narratio, continua sermonis solet afferri occasio: deinde verba erumpere tantum : chorus Tragicus requiritur , mouendis affectibus : & Scena postulatur : in cæteris non cedunt \* fabulæ. \*tragœdia. Precemur modò matrem Musarum , vt nobis sit propitia,& vnâ seruet fabulam. Pater quidem olim antequam nos nati essemus, cum haud ita pridem matrem meam domū deduxisset, ex dissidio ac discordia quæ inter parentes eorum fuerant , venit vt amori sacrificaret, atque ad festum duxit matrem, eius enim erat votum & sacrificium. Ex amicis autem adfuerant è domo familiares: Thespis verò inuenit Daphneum filium Archidami , & Lysandrum amatorem filiæ Simonis, & inter procos eius , morum gratia maximè ornatum, & Soclarum Aristionis filium , qui ex Tithora veniebat. Erant insuper Protogenes, Tarsensis , & Zeuxip-

\* ferē omnes  
sibi notos ad-  
fuisse.

pus Lacedemonius hospites. Ex Bœotijſ ati-  
tem,dicebat pater\* plurimos notos adfuiffe.  
Duos itaque aut tres dies manserunt in ci-  
uitate, philosophantes in palestris tranquil-  
lè, vt videtur,atque in theatris inter se con-  
uenierunt: Deinde fugientes molestum cer-  
tamen citharædorum,pensationibus & stu-  
dijs præiudicatum , plures recesserunt tan-  
quam ex regione hostili,versus Heliconem,  
& apud Musas consederunt. Summo mane  
autem ad eos venerūt Anthemion & Pisias  
viri nobiles,cognati Bacchonis qui pulcher  
nominabatur, & ambo inter se aliquo mo-  
do æmuli propter benevolentiam eius: Erat  
Thespijs Ismenodora, mulier diuītijs & ge-  
nere splendida, & per Iouem in reliquis vi-  
tae actionibus modestè se getēs,vidua enim  
absq; vlla infamia non paucō tēpore man-  
fit, quamuis iuuenis esset & formosa satis.  
Cùm autem puellam genere sibi propin-  
quam matrimonio coniungere studeret,  
Bacchoni filio mulieris sibi amicæ & fami-  
iliaris,ex frequenti cum eo colloquio ipsa er-  
ga adolescentulum affecta est: Atq; sermo-  
nes blandos ab eo audiens & proferens , &  
videns multitudinem nobilium amatorum  
amore

amore capta est. Cogitabat tamē nihil igno  
bile facere, sed vbi palām nupsisset, vnā cum  
Bacchone viuere. Cūm verò res hæc mira  
visa esset, mater timebat onus & \* molem \*farcinam  
domus, tanquam non ea esset quæ amanti  
conueniret. Nonnulli autem etiam ex ijs  
qui simul prædam venabantur territantes,  
& irridentes Bacchonem, quòd non conue  
niret ætati Ismenodoræ, molestiores erant  
aduersarij in nuptijs quam qui seriò insta  
bant: Pudebat enim cum vidua habitare,  
cūm esset adhuc ephœbus. Cæterùm alios  
relinquens, secessit ut cum Pisia & Anthe  
mione de eo quod vtile esset, deliberaret.  
Alter horū erat cōsobrinus eius natu maior.  
Pisias autem erat amatorum omnium duris  
simus, ideò nuptijs obstabat, Anthemio  
nemq; reprehendebat, tanquam adolescen  
tulum Ismenodoræ euertendum obijceret.  
Hic verò affirmabat, illum non rectè facere,  
sed cūm in alijs probus esset, imitari amato  
res improbos, qui amicum priuaret domo  
& nuptijs, rebusq; eximijs, vt illis non visis  
& in eis nouus, plurimo tempore in pale  
stris exueretur. Ne itaque sese mutuò exti  
mulantes, paulatim in iram prorumperent,  
eligen

eligentes quasi arbitros & disceptatores, patrem & eos qui cum eo erant, accesserunt. Atque ex alijs amicis tanquam ex compagno : vni quidem aderat Daphnæus, alteri verò Protogenes. Cæterūm hic palam onerabat maledictis Ismenodoram, Daphnæus autem, Hercules, inquit, Quid<sup>\*</sup> non expectabitur cùm Protegenes adsit, ut amori bellum inferat? Cui tota institutio & studium omne fuit de amore & ab amore, oblitus autem est<sup>\*</sup> sermonū, oblitus est patriæ, non ut Laius quinque tantum dies absens à patria. Amor enim illorum tardus est, &<sup>\*</sup> terrestris : tuus verò è Cilicia Athenas usque celeriter versans alas, per mare volat, pulchros oculis lustrans cum eis simul errans: Profectò enim talis quedā causa fuit à principio peregrinationis Protagonis. Cùm risus esset excitatus, Protagonus dixit: ego ne tibi videor aduersus amoreni bellum gerere, & non pro amore pugnare aduersus intemperantiam & petulantiam, quæ rebus turpissimis & affectibus vi irrumpt in nomina pulcherrima & præclarissima? Et Daphnæus, inquit, turpissima ne vocas nuptias, congessumque viri & mulieris, quo nulla coniun-

\*usu venire  
non potest cū  
Protegenes  
prestò est,

\*studiorum,

\*terrestri iti-  
nere vadit.

neque fuit, neque est, sacra magis coniunctio? Hęc quidem dixit Protogenes, cùm sint ad generationem necessaria, non immēritò Legislatores apud vulgus extollunt & laudant. Veri autem amoris non est vel minima cum mulieribus \*communicatio. Neque vos ego certè amare dico, qui mulieribus, aut virginibus dediti estis, quemadmodum neque musca lac amat, neque apes fauos, neq; \*structores & coqui beneuolentia prosequuntur, vitulos & aues, quas in tenebris impinguant. Sed quemadmodum natura moderatè, & quantum satis est ad cibum & obsonium appetentiam ducit: excessus verò qui perturbationem induxit, voracitas quedam & vitæ cupiditas appellatur. Sic à natura inditum est, vt mulieres & viri mutua egeant voluptate, impetum autem qui ad id mouet, si violentia & robore magnus fiat, & cohibitū difficilis parum aptè amore vocant. Amor enim nobilem & mollem animam\* attingens, in virtutem per amicitiam desinit. Ex ijs autem erga mulieres cupiditatibus, etiam si bene cedant vt voluptatem colligamus, superest, & vt pulchritudine ac corpore feruamur, vt testatus

\* cum cellis  
mulieribus  
communio.

\*obsonatores  
sagittatores

\*tangens,  
complexus,

cum

est Aristippus, qui accusanti Laida apud eum tanquam non amaret, respōdit, Arbitrò nec vinum nec pīscis me amat,

\*perceptio. cæterū libenter vtroque vtor. Finis enim cupiditatis voluptas est & \* fruitio. Amor autem ab iiciens amicitiæ expectationem, non vult expectare, neq; colere ob pulchritudinem id quod perturbat. etiam si floreat, si amicitiæ & virtuti non reddit fructum morum conuenientem. Audis autem tragicum quandam qui maritus erat, dicentem vxori In me odia versas, lētus omne odium ferā: trahens in vsum infamiam tantam meum. Hoc autem nequaquam est magis amor deditus, qui non ob lucrum, sed propter res venereas & coitum, sustinet vxorem \*improbam & inamabilem, quemadmodum Stratocli rhetori comicus Philippides irridens, carmine scripsit, \* auersantis vix verticem oscularis. Si ergo affectum hunc amore vocare oportet, fœmineum, & illegitimum vocabimus, quòd ad cœtum mulierum, veluti ad gymnasium nothorum spe- \*veram Etet. Imò potius quemadmodum aquilam quandam \*legitimam & montanam, quam Homerus nigram & venatricem appellauit, alia

\*quam nullus teuet affectus charitatis.

\*cūmauerse tur illa verticem demum oscularis.

\*veram

alia verò sunt notharum genera, quæ venantur in stagnis, pisces & aues inertes, vbi autem \*indigent, sonum quendam emittunt, qui famem declarat & luctum. Sic habet amor verus & puerilis, non desyderio resplendens, vt Anacreon dicit resplendere virgineum, neque vnguentis plenus & delibutus, sed eum frugi & virilem conficies in philosophorum scholis, aut in gymnasijis & palestris, circa venationem, acriter admodum & generosè adhortantem ad virtutem, eos qui digni sunt & idonei, quos impensè cures & informes præceptis. Mollēm verò hunc & domi assiduè manentem, qui versatur in sinibus & lectulis mulierum, & perpetuò sequitur mollia, ac emollitus est voluptatibus effeminatis amicitiæq; exercitibus, & nihil diuinitatis habentibus par est, deicere. Quemadmodum deiecit Solon, prohibuit enim ne serui pueros amarent, & ne in sicco vngerentur. Nequaquam tamen vetuit ne congressibus mulierum vterentur. Nam amicitia res est pulchra & honesta, voluptas verò res est vulgaris, & illiberalis. Quare non est liberale, neq; elegans quòd seruus amet pueros: Amor enim hic non nocet

\* penuria la-  
borant,

nocet, vt amor mulierum. Cùm autem Protogenes plura adhuc dicere institueret, reclamās Daphnæus, Bene per Iouem, inquit, de Solone mentionem fecisti, atque eo vti oportet, veluti iudice viri amatorij,

*Dulcibus in pratis Thebarum mascula iunges*

*Fœdera spirantis fœminis aura iuuat.*

Adde insuper Soloni Aeschylum dicentem:

*Veneranda femorum iura qui sic tempseris*

*Ingrate, amoris flore tam tristi insolens.*

Alij quidem irridēt eos, quòd iubeant amatores femora & lumbos inspicere, vt solent augures & vates. Ego autem magnam hoc interpretor mulierū approbationem: nam si congressus cum masculis qui præter naturam est, non aufert neque lædit beneuolentiam amatoriam, multò magis par est amorē mulierum aut virorum qui secundum naturam est, per gratiam ad amicitiam pervenire: Gratia enim, ô Protogenes, ab antiquis dicitur obsequium quod à muliere viro præstatur. Quemadmodum Pindarus etiam inquit Vulcanum absq; gratijs ex Iunone natum fuisse: Et eam quæ nondum tempestiuua nuptijs esset, Sappho compellans inquit: parua mihi videris esse ô puel-  
la &

la , & gratiarum expers. Hercules autem à quodam sic interrogatur, vi'ne executus gratias, an blanditijs ? Obsequium verò quod præstatur à maribus inuitis , vi fieri dicitur & pugna. Iniri autem vltò cum furore & effemimatione , & , vt Platonis verbis utar, ingredi more quadrupedis & pueri, eorum est, qui sunt præter naturam emolliti , estq; prorsus sine gratia , & sine decore , & sine venere. Vnde arbitror Solonem illa quidem scripsisse, cùm esset adhuc iuuenis, & , vt Plato loquitur, multo semine plenus : hæc verò senex effectus:

*Grata Venus mihi nunc, et Bacchis minera, dulces  
Musarum numeri, his vita serena bonis.*

Veluti ex procella & tempestate amorum puerilium, ad tranquillitatem nuptiarum & philosophiam, reuocans vitam. Si ergo veritatem complectemur, ô Protogenes , vna & eadem est affectio amorum erga pueros & erga mulieres. Quòd si \* pertinaciter segregare ista velis , non mediocria sunt quæ iniquè facere videbitur amor hic puerilis. Cæterū tanquam ferò & intempestiuè vietæ natus , nothus & spurius , antiquiorem b . amor

\* contendens  
aut studio cō  
tradicendi,

\*Paulò antè amorem legitimum expellit. \*Heri enim & nudiustertius, ô amice, post nundationes, & vestium depositiones, ab adolescentibus factas, ingressus in gymnasia & vnà cum eis se exercens tranquillè, atque simul vtens adhortationibus, deinde paulatim in palestris alas assumens, non amplius coërceri potest, sed conuicijs ludibrioq; afficit connubialem illum & qui mortali generi immortalitatem parit, atque per generationem, extinctam naturam nostram exuscitat. Hic autem vo-

\*negat se per sequi,

\* Specie autem honesti quadam luptatem reijcit\*, pudore nanque suffunditur & timet. Decore\* autem quodam indiget, qui res pulchras & formosas attingit. Prætextus sanè est amicitia & virtus. Palue-

\* coram aliis ac sobrietatem exercere in rebus\* externis propter legeim, deinde noctu & per quietem dulces\* fructus percipit absente custode.

\* custode pueri dulcis amo-  
to Venus. Quòd si, vt inquit Protogenes, nulla venere participes sunt, qui pueros amāt, quomodo istis est amor venere nequaquā præsente, quam ex Deorū numero sortitus est, vt ei inseruiat & comes sit, atq; vt honoris & potestatis particeps sit, quantum illa tribuit.

buit. Si verò est amor aliquis absque venere quemadmodum ebrietas quædam sine vi-  
no \* propter potionem ficuum , aut potio- \* si respiciat  
nem ordei. Perturbatio eius est sine fructu  
& imperfecta , saturitatem inuehens & fa-  
stidium. Cùm hæc diceretur, Pisias præfere-  
bat indignationem & iram aduersus Daph-  
næum, & cùm ipse paulisper tacuisse<sup>t</sup>, Insi-  
gnem , inquit , petulantiam & audaciam,  
reperiri homines , qui fateantur , se cum  
sœmina ex pudendis alligari , vt canes , &  
qui Deum transferāt & demigrare iubeant  
ex gymnaſijs & porticibus atque ab exer-  
citatione pura in sole facta , & concocta  
in paruos ligones , securiculas fucum ; &  
præstigias , & artes magicas , cohibitum à  
mulieribus impudicis , quandoquidem pu-  
dicis neque amare neq; amari conueniens  
est. Tunc sanè pater inquit se Protogenem  
apprehendisse, dixisseq; Illud verò est quòd  
proverbio Græcorum dicitur, armis instruit  
Leo. Et per Iouem Pisias adiunxit nos Daph-  
næo patronos, dum non seruat modum, sed  
nuptijs inuehit communionem inamabilē,  
& expertem diuinæ amicitiæ, quam absente  
ſuadela & gratia, iugis & frænis comprehen-

sam propemodum videmus, sub pudore ac metu ægrè admodum. Et Pisias inquit, ego quidem parum curo hunc sermonem, video tamen Daphnæum idem pati quod æs sollet. Etenim illud non sic ab igne, quemadmodum à candente ac fluente ære si quis superfundat, liquefcit & fluit in humorem simul redactus. Et hunc non turbat Lysandræ pulchritudo, sed longo tempore accedens, & appropinquans coniecto & pleno igni, repletur & ipse, & \* satis declarat, quòd vñà cum eo liquefcet, nisi celeriter ad nos confugiat. Cæterùm video fieri, inquit, id quod maximè desiderabat Anthemion, nā arbitris, & mihi ipsi \* reclamat, itaque finio. Et Anthemion iuuisti, inquit, nam à principio aliquid dicere oportebat, iuxta propositum argumentum. Dico itaque, inquit Pisias, & per preconem edico, per me quidem licere, vt omnes mulieres amatorem habent: Proptereà quòd mulieris huius diuitiæ iuueni sunt vitandæ, ne \* miscentes eas oneri & ponderi tanto, per imprudentiam abscondamus tanquam in ære stannum. Ramum & nouum est si permixtus adolescens cum leuicula muliere, tenuisq; fortunæ, potiores

\* in offensio-  
nem incurrit,  
itaque finem  
facio.

\* misceamus  
cam

tiores partes tanquā viuum obtineat. Hanc  
verò videmus sperare vt\* imperet & vincat.  
Neque enim abijciens \* gloriam & tantam  
nobilitatem & diuitias, in coniugium pete-  
ret adolescentulum \* ex chlamyde, qui ad-  
huc indiget pædagogo. Quare qui sapiunt,  
ipsi contemnunt, & incidunt, veluti pennas  
\* veloces mulierum, opes quæ delicias infe-  
runt, iactationes parum firmas & peruersas,  
quibus elatæ sèpe auolant. Et melius est, vt  
patiantur aureis se compedibus, quemadmo-  
dum in Aethiopia, vinciri, quàm diuitijs mu-  
lieris. Illa verò nequaquam dicit, Protago-  
nes inquit, periculum esse, ne absurdè & ii-  
diculè Hesiodum inuertamus, illo dicente:

*Nec tricena super, nec multū abiunctus ab illis,  
Qui thalamos iungat maturus, fœmina quarto  
Pubescat decimo, curet connubia quinto.*

Propemodum nos sic, mulieri quæ viro tam  
multis annis est senior, vt Phœnices ficus &  
nuces solent, immaturum virum coniunga-  
mus. At per Iouem eum amat, & eius flagrat  
amore. Quis ergo vetat comes labundum  
ire ad fores, canere flebilem illam cantio-  
nem, quæ ante fores cani solet, coronare

b 3 imagunc

\*dominetur

\*abiecta glo-  
ria

\* chlamida-  
rum

\* primores

τὸ παρα-  
 κλευσίθυρον  
 imagunculas, Pancratio cum riualibus con-  
 tendere. Hæc enim sunt amatoria, & eate-  
 nus perspicitur accurata diligentia. Et deli-  
 tias facere desinat, & habitum accipere eo-  
 rum quæ sunt huic affectui propria. Si verò  
 pudore ac modestia prædita est, sedeat aptè  
 domi procos expectans, & amatores. Eam  
 verò mulierē quæ se amore correptam præ-  
 dicat, vitare potest quispiam & detestari,  
 tantum abest ut ducere velit exorsus à tam  
 fœda intemperie principio nuptiarū. Cùm  
 autem Protogenes dicendi \* finem fecisset,  
 vides, inquit, ô Anthemion, quomodo rur-  
 sus communem faciant hypothesin & ora-  
 tionem necesse esse. ut nos non negantes,  
 nequaquam fugiamus amorem nuptialem  
 sed simus choræarū ductores. Et per louem,  
 inquit Anthemion, pluribus iam euicit no-  
 stro emolumento hos duos inter se amare.  
 Quòd si diuitijs opem latus ea dixit quo  
 terret maximè Pisias. Quid, inquit pater,  
 an non atrox iniuria mulieri inferretur, si  
 propter amorem & diuitias Isinenodoram  
 reiecerimus? Grauis enim est & diues. Quid  
 autem pulchra & iuuenis? Quid verò gene-  
 re eximia & celebris? Pudicæ autem nihil ha-  
 bent

\*quicuisset,

bent acerbum, neque \* incuruum, neq; mo-  
lestum, neque graue, neq; intolerandum. Et  
eas vocant pœnas & viris infestas propterea  
quòd sunt pudicæ. Præstat ergo ex foro vxo  
rem ducere Abrotanum aliquam ex Thra-  
cia, aut Bacchida Milesiam nuper aduectam  
pretio tergorum emptam & mercede co-  
rij seculis? Cæterùm & his scimus non pau-  
cos turpissimè seruiuisse. Tibicinæ autē Sa-  
miae & Saltatrices, & Aristonisa & tympa-  
num habens, Oenanthe & Agatoclia, Dia-  
demata \* regum inuaserunt. Syra verò Se-  
miramis ancilla erat & concubina vernæ cu-  
iusdam regij, cùm autem Ninus rex magnus  
cum ea rem habuisset & eam adamasset, sic  
eum vicit \* & contemptui habuit, vt pete-  
ret, pateretur diem vnum eam in solio sede-  
re, & diademate ornatam ius dicere. Cùm  
verò ille permisisset, iussissetq; vt omnes ei  
tanquam ipsi inservirent & obsequerentur,  
moderatè se gerebat in primis edictis\* de fa-  
tellitibùs periculum faciens. Postquam au-  
tem vidit, eos nulla in re contradicere, neq;  
cunctari, iussit vt Ninum comprehendérét,  
deinde vt alligarent, tandem verò vt interfí-  
cient. Omnibus verò peractis, longo tem-

\*aduncum,

\* Diadematis  
regum inful-  
tarunt,

\*subiugauit

\* tentans fi-  
dem satelli-  
tum,

pore Asiz imperium palam tenuit : Belestica autem quæso te per loue, non ne erat barbara muliercula è foro empta: Huius aras & templa Alexandrini habent, permittete ob amorem rege, aut potius Venere Belestica. Quæ verò hic commune cum amore templum habet, & Delphis aram communem, & aurea stat cum regibus & reginis, qua dote vicit amatores? Cæterum ut illi per suam imbecillitatem & mollitiem, facti sunt imprudenter rapina predaque mulierum, sic contrà alij ignobiles & pauperes, in consortium venientes mulierum diuitum & nobilium, non corruperunt neque imminuerunt aliqua ex parte animi generositatem, sed culti ab vxoribus magna cum obseruantia & eis dominantes simul, vixerunt benevolæ. Qui verò vxorem suam cohæret, & in angustum redigit timens ne effluat, vt <sup>coerct</sup>  
 \*v. lut in annulum  
 \*pertenuis est  
 \*initum

\*gracilisanulus, similis est tondētibus equas, & ad flumen aut lacum posteà deducentibus. Fertur enim unam quanq; earum conspecta sua ipsius imagine turpi ac deformi, fastum deponere & asinorum admittere <sup>\*</sup>congressum. Diuitias autem mulieris virtuti aut nobilitati præponere, indecens est ac illiber

illiberale , sed eas fugere quando virtuti & nobilitati adduntur, stultum est. Antigonus sanè scribens ei qui præsidio tenebat Municiam , & in ea munienda erat occupatus, iussit , vt non solùm faceret validum \* collare, sed etiam canem tenuem vt faciliē \* transītum impediret Atheniensibus. Non conuenit autem , vt maritus diuitis aut formosæ, vxorem suam deformem aut paupericem efficiat, sed vt seipsum æqualem præbeat, & seruitutis impatientem, modestia & \* tēperantia, & minimè sese attonitum reddendo obadmirationem \* rerum quas ille habet , ad- dendo \* domui veluti stateræ momentum & pondus , quo tenetur moueturque cum communi vtilitate. Cæterūm caætas & temporis opportunitas nuptijs est conueniens, qua mulier parere potest, & ad gignendum est apta. Audio autem mulierem hanc ætate florere. Et simul atridens Pisæ, Nullo, inquit, riualium est senior, neque canos habet vt nonnulli eorum, qui Bacchoni sunt molesti. Quòd si hi non aliena videntur ætate ad amandum , quid vetat illam quoq; adolescentis studio teneri melius, quàm quæuis puella. Quæ enim \* puellæ sunt, difficile mi-

\* Millum  
Torquem  
\* nempe vt  
opes demie-  
ret sensim

\* excelso ani-  
mo,

\* opum  
\* ingenio &  
moribus

\* quæ sunt in  
tenera ætate;

b s scentur

scentur, difficileq; temperantur, & vix longo tempore fastus & superbiam abiciunt, in principio verò fluctuant, & aduersus iugum pugnant. Et magis si amor ingenitus fuerit, aut quemadmodum flatus absente gubernatore, perturbat & confundit nuptias, cùm neuter possit imperare, neuter velit parere. Quòd si imperium habet, infantis quidem nutrix, & pueri præceptor, ephœbi gymnasiarcha, adolescēti amasius, eius verò qui est in prouectiore ætate lex & \*prætor, \*dux, nullus autem est, qui sit ab imperio liber, neque qui sui sit penitus iuris, cur erit absurdum, quòd vxor cordata & senior, moderetur vitam mariti iuuenis? Cùm sit utilis quòd magis sapiat, & iucunda & suauis quod amet? Denique dixit, oportet nos cùm simus Bœotij Herculem colere, & non ægrè ferre nuptias inæquales, cùm sciamus, illum nuptui dedisse vxorem suam Megaram, que tunc triginta & tres annos nata erat Iolao, qui tunc annum decimumsextum agebat. Pater, inquit, cùm talia ab eis dicerentur, venisse à ciuitate, Pisium amicum currente equo vectum, qui nuntiabat mirum facinus audaxq; designatum. Ismenodora enim putans

tans\* (vt par est) Bacchonem ipsum nō illibenter nuptias admittere, vereri tamen disfudentes, decreuit minimè amittere adolescentulum. Accersens ergo & apud se retinens amicos qui mores maximè iuueniles habebant, & vt ipsa amore tenebantur, & mulieres sibi familiares, obseruabat tempus quo Bacchon iret in palestram iuxta domū eius, vt ornatè prodiret. Cùm igitur tunc inunctus duobus aut tribus comitatus progrederetur, Ismenodora ipsa in foribus occurrit, & chlamydē eius solūm tetigit. Amici autem pulchrum pulchrè rapientes chlamide & Læna dupli indutum, conferti dum asportarunt, & fores protinus clauserunt: Simul autem mulieres paruam eius chlamidem intus auferentes, vestem nuptiam induerunt, famuli verò in \* orbem currentes, olea & lauro fores coronarunt, non solūm Ismenodoræ fores, sed etiam Bacchonis, tibicina verò canens tibia, vicum percurrit. Ex Thespisibus autem & ex peregrinis alij quidem ridebant, alij verò indignabantur, & gymnasarchs incitabant: vehementer enim ephœbis imperant, & attentè considerant, quæ ab eis geruntur. Nulla aut

\*(vt credibile est)

\*huc & illuc

la autem erat eis certantium cura , sed reli-  
cto theatro pro foribus Ismenodoræ collo-  
quebantur , & inter se contendebant. Post-  
quàm igitur Pisæ amicus equo , vt in bello  
solent, aduectus , hoc ipsum perturbatè di-  
xisset, ab Ismenodora raptum Bacchonem:  
Zeuxippum, qui sanè Euripidis erat studio-  
sus dicebat pater, risisse ac dixisse : Humana  
luxu diffluens mulier sapis:& Pisiam exilien-  
tem clamasse : ô dij, quis erit exitus liberta-  
tatis quæ nostram ciuitatem euertit? Iam  
enim res propter viuendi libertatem, ad le-  
gum transgressionem deuenerunt. Atqui  
ridiculum fortassis est indignari ob leges &  
iura, natura enim à muliere victa, iniuria af-  
ficitur. Quid tale Lemnus ausa est ? Eamus

\* curiam nos, eamus, inquit, vt gymnasium & \*forum  
mulieribus tradamus, si prorsus eneruata est  
ciuitas. Progrediente itaque Pisia, Protoge-  
nes quidem non eum relinquebat , partim  
quidem vnà indignans, partim verò eum le-  
niens. Anthemion verò inquit , iuvenile  
quidē re vera est facinus, & Lemnium, nos  
autem scimus mulierem amore vehementi  
captam. Et Soclaris subridens, inquit, arbi-  
traris ne raptum fuissè & vim , non præte-  
xtum

xtum stratagemaque adolescentis cordati,  
quod fugiens amatorum vlnas, transfugerit  
in manus mulieris pulchræ ac diuitis? Ne  
talia dixeris, ô Soclare, inquit Anthemion,  
neque suspectum habeas Bacchonem. Et  
nisi natura simplex esset moribus & facilis,  
me certè celasset, quem rerum omnium par-  
ticipem fecit, & qui videbat me esse in his  
promptissimum Ismenodoræ auxiliatorem.  
Graue nanq; est aduersus amorem pugna-  
re, non aduersus iracundiam, iuxta Heracli-  
tum, nam cùm vult, & <sup>\*</sup>vita fruitur, & op-  
ibus, & gloria. Etenim quid est in ciuitate  
ornatus Ismenodora? Quando verbum tur-  
pe domum eius intrauit? aut suspicio facti  
alicuius improbi eam tetigit? Cæterū vi-  
detur re vera diuinum quoddam consilium  
& præstantius humana ratione in mentem  
hominis illius venisse. Et Pemptides ridens  
inquit, est proculdubio morbus quidam cor-  
poris, qui sacer, & regius vocatur. Non est  
ergo absurdum, si affectum animi insanissi-  
mum & validissimum, sacrum & diuinum  
quidam nominent. Deinde quemadmodū  
in Aegypto visi sunt aliquando duo vicini  
decertantes, cùm serpens in viam prorepsis-  
set,

<sup>\*</sup> anima pru-  
denti

set , & vterque eum bonum genium vocaret,& sibi peculiarem habere vellet : sic nuper videns quosdā ex vobis trahentes amorem ad mulieres, alios trahentes ad viros bonum eximum diuinumque, non sum miratus. Quod affectus ille tantam habuit potestatem & tantum honorem apud eos quos par erat , eum quoquo versus emittere , & coērcere eum ab eisdem autoritate & splendorē adauctum. Nuper quidem quieui , videbam nanque certamen esse de proprijs, potiūs quām de communibus , nunc verò cùm Pisias discesserit , libenter ex vobis audire, quorsum pronuntiarint Amorem Deum, primi qui hoc dixerunt. Cùm Pemptides loquendi finem fecisset , & pater cepisset aliquid de his dicere, alter venit ex ciuitate , quòd Ismenodora Anthemionem accenseret : increuerat enim tumultus , & erat inter gymnasiarchas dissidium , cùm alter censeret oportere Bacchonem repetere , & alter non permitteret exhibere negotium. Anthemion quidem surrexit, & abiit, pater verò compellans nomine Pemptidē, videris mihi, ô Pemptides, inquit, rem magnam, & audacē, præcipitem , temerariam attigisse,

se , imò potius mouere , quæ non sunt mo-  
uenda , de opinione quā de Dijs habemus ,  
exigens de vno quoq; rationem & demon-  
strationem. Sufficit enim patria & antiqua  
fides , qua non licet proferre neque inuenire  
argumentnm euidentius. Non inuenitur sa-  
pientia à sublimi mente , sed est sedes quæ-  
dam & basis sustinens communis ad pietati-  
tem , si ab vno perturbetur & commoueatur ,  
quod in ea est firmū & receptum , fit omni-  
bus instabilis & suspecta. Audis sanè quo-  
modo Euripides\* perturbatus est , cùm fecit \*exibilatus  
principium Menalippæ Iuppiter , vt equidē  
sentio , verùm facta mutatione verborum ,  
propter quandam suum inimicum confide-  
bat (vt videtur) fabulæ scriptæ magnificè ac  
\*egregiè , & mutauit versum vt nunc est scri- \*exquisite,  
ptus: Iupiter vt æui fama verax comprobatur.  
Quid ergo refert vtrum verbis in dubium  
adducamus vel incertam faciamus opinio-  
nē de Ioue vel de Minerua , vel de Amore .  
Neque enim nunc primum aram & sacrifici-  
cium poscit Amor , neque ad nos venit per  
barbarem quandā superstitionem , & quem-  
admodun Altæ quædam & qui nominan-  
tur Adonæi , per Androgynos & mulieres  
irrexit

irrexit, voluptates quasdam minimè decen-  
tes arripiens. Omitte itaq; istam reprehen-  
sionem & noli reum te præbere , vt spurius  
accusando Deos. Cæterum cum audis Em-  
pedoclem dicentem:

*Dulcis amicæ pares quam longæ, quam spatiose  
Sint res, mente tuere oculis ne fatus aberres.*

Oportet existimes hæc de amore dici , nam  
non potest oculis cerni, sed animo concipi-  
tur, Deus hic qui inter antiquissimos habe-  
tur, de quibus si sigillatim probationem po-  
scis, in omne templum manus iniiciens , &  
omni aræ tendiculas & captiones adducens  
experimentum , nihil relinques sine calu-  
mnia , neque inuidia vacuum , non absur-  
procul:

*At conspicari Veneris haud numen queo.*

*Quali sit ortu seminat cœlo viros.*

*Iucundi amoris nos face deflammans cui  
Debemus omnes sanguinis primordia.*

Eam nanque Empedocles aliam , Sopho-  
cles verò feracem concinnè prorsus & de-  
corè vocarunt. Cæterum hoc factum ma-  
gnum & admirandum, Veneris quidem est  
opus, amoris verò qui Venerem comitatur  
quasi

accessio. Si amor non adsit relinquitur fa-  
 etum omnino \* sine studio , & sine honore \*contemptū  
 & sine amicitia. Est enim congressus inama-  
 bilis, quemadmodum fames & sitis, quæ ter-  
 minum habet repletionem, in nullam \* de-  
 uenit pulchritudinem, sed dea illa amori au-  
 ferens satietatem voluptatis , amicitiam fa-  
 cit , & commixtionem. Ideò Parmenides  
 profert omnium Veneris operum Amorem  
 antiquissimum , cùm in libro de generatio-  
 ne mundi scribit. Primum è cœlicolis san-  
 ctum fabricauit Amorē. Hesiodus verò Phy-  
 sicè magis videtur mihi facere Amorem o-  
 mnium antiquissimū, quia omnia per ipsum  
 generationem nanciscuntur. Si ergo amo-  
 rem à receptis honoribus ejicimus , neque  
 Venus suo in loco manet. Neque enim hoc  
 dicere licet, quòd amori conuidentur non-  
 nulli, sed ab ea abstineant. Cæterū ex ea-  
 dem scena audimus: Amor otiosus dum sit,  
 ignuos premit. Et rursus sic : Non Cypris  
 modò , sed multa gignit nomina. Informis  
 Venus est orcus, est æterna vis violentiæ, est  
 vesana rabies. Quemadmodum neque ex  
 alijs Dijs propemodum \* vllus vlli nō conui \*quisquam  
 cio obnoxius vitavit ignorantiam nulli con-

uicio obnoxiani. Considera quantos homines ab hominibus acceperit Mars , qui in tabula ærea habet locum ex diametro oppositum Amori, & rursus quam multis conuicijs afficiatur. Mars cæcus expers luminis matres , suis Rostro malorum miscet agros turbine. Et parricidam eum vocat Homerius & mutabilem. Chrysippus autem Dei nomen exponens, accusat & criminatur, dicitq; ἄγρη ab ἀναρρέη hoc est Martem à destruendo dictum esse , initium dans ijs qui arbitrantur , vocari Martem , id quod est in nobis pugnas mouens & dissidia , & iram concitans. Alij rursus dicunt, Venerem esse cupiditatem , & Mercurium sermonem & Musas , artes , & Mineruam , prudentiam. Vides sanè specum qui nos excipiens \* in impietatem deducit, si in affectiones & potestias, virtutesq; singulos Deos diuidamus. Video, inquit Pemptides, sed neque fas est affectiones ex Diis facere, neq; rursus Deorum loco habere affectiones. Et pater, quid inquit, existimas' ne Martem esse Deum, an affectionem nostram? Cùm responderet Pemptides, se existimare Martem esse deum qui ornat partem nostri animosam & virilem.

\*vt putemus  
nō esse Deos,

lem. Exclamans pater, ita' ne inquit, ô Pemptides, pars nostri affectionibus obnoxia, & bella mouens ac inimicitias, Deum habet præsidē, ea verò quæ amicitias facit & communiones & conuētus, nullū habet Deum? Et est sanè Deus aliquis bellicus & militaris qui videt & dijudicat interficientes & interfectos homines, armaq; & sagittas, & multorum expugnaciones & populationes: & nullus est nobis Deus testis neq; speculator, neque dux vel adiutor in affectibus nuptiarum & amicitiæ, quæ desinit in concordiam & communionem? Sed cum ijs qui venantur capreas & lepores & ceruos, Deus aliquis agrestior vñā inclamat, & impetu fertur. Qui decipiunt lupos & vrsos fossis & laqueis Aristæum precantur, qui primus pedicas fabricatus est feris. Hercules autem Deum alterum inuocat, cùm vult in auem emittere sagittā, vt ait Aeschylus: Venator iustum Phœbus & telum regat. Viri verò qui pulcherimā aggreditur venationem, vt capiat amicitiam, neq; Deus neq; demon impetu dirigit neq; adiūuat? Etenim ego amice Daphnæe neq; queru neq; oliua, neq; ilia quam Homerus<sup>\*</sup> ornās vitem domesticā <sup>\*extollens</sup>

\*fruticem appellauit, existimo esse hominē \*stipitem deformiorem, neque plantam deteriorem, quæ habet impetum germinationis, forma splendentem, & pulchritudinem corporis simul & animæ. Et Daphnæus quis, inquit, obsecro sentiat aliter? Hi omnes per Iouem, inquit pater, qui arbitrantur, Dei curam conuenire orationis sementisq; & plantationis. Ipsis enim non sunt Nymphæ quædam Dryades, quæ terminum ætatis, arbori æqualem sunt sortitæ. Arborum verò statum & magnum splendorem Bacchus adauget, purum Autumni splendorem, ut Pindarus loquitur. Adolescentulorum verò & puerorum qui sunt conformati & concinnati pulchritudine & flore, alimenta nutrimen-ta q; ad nullum Deorum pertinent? Neq; est cui sit curæ hominem natum rectâ ad virtutē venire, neq; de via declinare, neq; frangi quod in eo est generosum, quod sit rectore destitutus aut malis moribus sociorū corru-  
 \*intolerandū ptus? An non hæc dicere \*graue est & à gratijs alienū, expellere Deum ad humanitatē quoquouersus distributa & nequaquam deficiente, neque est opus, ex vsu ue nostro. Licet quædam finem habeant necessarium  
 magis

magis quām pulchriorē. Quale est protinus in generatione nostra, quæ minimè est honesta propter sanguinē & pariendi dolores, tamen habet diuinā speculatricem & obstetri cē, Lucinā. Erat sanè melius, nō nasci, quām natum esse improbum, quod desit moderator & custos bonus. Cæterū neq; ab homine ægrotante \* discedit Deus, qui usum & potestatem ad id sortitus est. Imò neq; à mortiente. Est autem quidam qui consopit & animas deducit, curam habens hinc illuc efferendi & præbendi auxilium in extremis. Cuiusmodi est hic, de quo dicitur: Non edidit me furua nox regem lyræ, Non augurem non ægra qui curis tenet obnoxium, sed morti, ut animarum greges. Et similia multas habent difficultates. Illius vero non possumus nominare opus magis factum, neq; contentionem aliam, neq; certamen, quod magis conueniat Deum aspicere & \* dispensare, quām sedulitatem & litem amatorum, cum pulchris & formosis. Nihil enim est turpe neq; coactum, sed suadela & gratia, quæ laborem iucundum facit, re vera laborem ad virtutem & amicitiam ducit, quæ non absque Deo finem nanciscitur conuentien-

\* gubernare,  
proponere  
præmium,

\*potius quām  
vlo modo.

rem, neque alium habet Deum, qui dux sit & dominus, præter amorem socium Musarum Gratiarumq; & Veneris dulcis est viri æstas, seminans præcordiorum desiderium, iuxta Melanippidem, iucundissima miscet pulcherrimis, aut quomodo, inquit, dici mus ô Zeuxippe. Sic inquit per Iouē\* prorsus magis. Absurdū enim profectò est contrarium. Illud verò, inquit pater, an non est absurdum, si cùm amicitia habeat quatuor genera, quemadmodum antiqui diuiserūt: primum naturale, deinde cognatum ob locum, tertium sociale, & vltimū amatorium, vnumquodque horum habere Deum præsidem, aut amicabilem, aut hospitalem, aut gentilitium & patrium, solum verò amatorium veluti amoris infelis & flagitosum relinqui sine domino, idq; cùm multa cura & gubernatione indigeat? Habent & hæc, Zeuxippus inquit, non aliam tamen gubernationem quām istam. Cæterūm pater ait, scripta Platonis occurtere huic sermoni forè videantur, quamuis obiter sint dicta. Furor ille quidem qui à corpore ad animam peruenit, ob quasdam intemperies & commixtiones, aut spiritu noxio circumlato, asper

asper est, difficilisq; & morbosus: aliter est non carens numine, neque domi natus, sed inspiratio aliunde veniens, deflexio & error quidam peruersioq; rationis & mentis, qui occupat principium & motum præstantioris potentiae. Affectus hic in genere cōmuniter appellatur diuinus, quemadmodum enim spirans dicitur spiritu plenum, & prudens prudentiae plenum, sic talis commotio animæ dicitur afflatus diuinus, ob participationem & communionem diuinioris virtutis huius Enthusiasmi quod est diuinatorū ex Apollinis venit inspiratione & afflatione, Bacchicum verò ex Dionysio. Et cùm Corybantibus saltate inquit Sophocles. Etenim sacra Deæ Phrygæ & Panos affinitatem habet cum ceremonijs Bacchicis. Tertia verò musa<sup>\*</sup> accipiens animam delicatam & inta-<sup>\*nacta</sup>  
ctam, Poëticum & Musicum genus incitauit & instigauit. Quæ verò dicitur ~~æquæ~~  
~~nos~~, hoc est Martis studio flagrans, &<sup>\*</sup> bella-<sup>\*bellicosa</sup>  
trix cuius est manifestum, quòd stimulatur,  
& furijs agitatur, & est sine gratia, sine cy-  
thara, sine pulchritudine, sine prole, molesta,  
populum omnem armis instruens. Re-  
liqua est ò Daphnæ pars mutationis & de-

præstationis in homine, quæ neque obscura  
est neque quieta , de qua volo Pemptidem  
hunc interrogare. Dic cur amor vñus Deo-  
rum concutit thyrsum fructu plenum , En-  
thusiasmum hunc qui facit vt benevolentia  
prosequamur pueros probos,& mulieres pu-  
dicas , qui est longè acerrimus & calidissi-  
mus ? Non' ne vides , quòd vbi arma depo-  
suit miles,quiescit à furore bellico. Illius au-  
tem eripiunt humeris gaudentes arma mi-  
nistri, Tunc sedet pugnæ expers,aliorū spe-  
ctator. Has verò Bacchicas & Corybanticas  
saltationes,qui mutant rhytmū ex trochæo,  
& carmen ex Phrygio , leniunt , & quietas  
reddunt. Sic Pythia vbi à tripode descendit  
& afflari desit,trāquillè & quietè permanet.  
Furorem verò amatorium vbi re vera homi-  
nem inflammauerit aut accenderit , neque  
Musa neque incantatio demulcere potest,  
non sedat loci mutatio,sed præsentes & ab-  
sentes desiderant,eo quod amant potiri. In-  
terdiu sestantur,noctu sub dio agunt. Sobrij  
pulchros inuocant,ebrij cantant. Et nequa-  
quam vt quidam dixit, \* phantasiæ poëticæ  
, propter efficaciam \* eorum qui vigilarunt,  
insomnia sunt sed potiùs amantiū qui veluti  
præsen

\*imagines

\*vigilantium, propter efficaciam \* eorum qui vigilarunt,  
insomnia sunt sed potius amantiū qui veluti  
præsen

præsentes alloquuntur, amplexantur, inuocant, queruntur. Visum enim videtur alias imagines veluti in rebus liquidis depingere, quæ citò euanescent, & \* cogitationem relinquunt. Imagines autem amatorum insculptæ in ipsa velut inustiones igne factæ, relinquunt in memoria formas, quæ mouentur, & viuunt, & loquuntur, atque alio tempore permanent. Etenim Cato Romanus dicere solebat, animam amantis habitare in anima amati. Et forma & mores & vita & actiones similes sunt. A quibus datus celeriter vnam longam peragit viam.

\* intellectum  
deponunt.

Quemadmodum Cynici<sup>\*</sup> dicunt compendiarium breuemque tramitem ad virtutem inueniunt. Amicitiam videlicet, quæ ab amore velut à fluctu affectionis vna cum Deo fertur. Dico sanè in summa quòd enthusiasmus amatorum non est sine numine, neque aliud habet Deum præsidem & gubernatorem, quam hunc, cui festum nunc celebramus, & sacra facimus. Cæterùm ob

\* loquuntur

\* vires & utilitatem potissimum Dei dignitatem vti & bonorum humanorū æstimemus.

\* potentiam  
& potissimum  
utilitatem

Hæc duo regnum & virtutem diuina maximè existimamus vocamusque. Tempus est

vt primùm consideremus, an amor cædat  
 \* Deorum cuiquam. potentia<sup>x</sup> Dei alicuius. Atqui magnam ha-  
 bet potentiam Venus, victorias reportat, vt  
 ait Sophocles. Magna verò est Martis vis.  
 Et videmus Deorū aliorum vires, esse quo-  
 dammodo bifariam diuisas in hæc. Nam  
 maximè vis vna qua conciliamur pulchro,  
 altera qua deformitati aduersamur fuit ge-  
 nerata. Consideremus itaque protinus, Ve-  
 neris opus drachma esse venale. Et nemo  
 est qui si non amet laborem aut periculum  
 \* vide ne hic ob res venereas subeat. Et \* vt omittamus  
 nominemus Phrygias & Laidas, ô socie, Gnathænion sub  
 \* noctu \* hesperi exortum, \* rogans lucernæ lumen;  
 \* timens expectans & inuocans sæpe progreditur.  
 Ventus verò veniens subito cū multo amo-  
 re & desiderio, idem quod qui Tantali ta-  
 lenta, vt prouerbio dicitur, & quod sit eius  
 imperio conferendum effecerit. Adeò est  
 imbecilla & \* fastidiosa Veneris gratia, nisi  
 amor \* inspirauerit. Adhuc magis inde pote-  
 ris intelligere. Multi enim rerum venerearū  
 alios participes fecerunt, prostituentes non  
 concubinas solum, sed etiam vxores, cuius-  
 modi fuit ô amice Romanus ille Cabbas.  
 \* (vt fertur) Conuiuio<sup>x</sup> (vt videtur) Mœcenam accipie-  
 bat,

bat, deinde cognoscens ex nutibus eum vxorculæ suæ amore punctum, reclinavit sensim caput, fingens se dormire, deinde cū quidā ex famulis sensim obreperet ad mensam, & vinum suffuraretur, aspiciens\* ille dixit, infelix nesciebas quod̄ soli Mœcenati dormio? Hoc quidem\* graue fortasse est. Erat enim Cabbas scurra. Argis autem Nicostratus in gubernanda republica Phanlio erat\* aduersarius, cùm verò illic ageret Philippus rex, existimabatur assequuturus\* dominium aliquod aut imperiū propter uxorem quæ formosa erat, si cum Philippo rem haberet. Cùm ergo, qui partium erant Nicostrati, hoc sensissent, & ante fores domus eius ambularent, Phanlius \* induens uxori crepidas, & imponens chlamydem & Cauſiam Macedonicam, eam clam misit ut vñū ē regijs adolescentibus. Vtrum ne cùm tam multi fuerint & sint amatores, nosti quenquā qui yt honores Iouis assequeretur prostituerit vñquam Amasium? ego non arbitror. Quidum enim? Quoniam tyrannis nemo contradicit, neque diuersæ factionis est in gubernanda republica. Multi verò sunt riuales & qui pulchrorum formosorumque sunt

\*diductis oculis,

\*absurdum, flagiosum

\*factionis contraria,

\*dominationem quandā & principatū,

\*calcians

sunt studiosi. Auditis enim quòd & Aristogiton Atheniensis , & Antileo Metapontinus,& Menalippus<sup>\*</sup> Acragantinus non contenderunt cum tyrannis quòd viderent eos euertentes omnia & debacchâtes. Postquā verò amasios eorum de stupro sollicitarunt, perinde ac si sacris & intactis asylis opem ferrent , se ipsos in discrimen coniecerunt. Aiunt etiam Alexandrum mandasse Theodoro , Protei fratri : Mitte ad me cantatricem & accipies decem talenta , nisi fortè amore eius teneris. Cùm autem Antipatrides amicorū eius alius cum Psaltria comes fabundus ad eum venisset , ipsum paulisper & accensum amore mulierculæ Antipatridem quæsisse aiunt:amas ne tu hanc ? Cùm verò ille dixisset, se valde amare. Respondit,

<sup>\*hæc elocutus pereas,</sup> <sup>\*abstinuit,</sup> \*pereat igitur malus malè,\*recessit,nec amplius tetigit mulierem illam. Rursus itaque considera, inquit, quantopere vincat amor Martis opera.Nō est iners,vt Euripides dicebat, neq; inconstās,neq; incubans mollibus adolescentulorū genis. Vir nāq; amore percitus, non eget Marte,vt aduersus hostes pugnet. Sed habens adiutorē Deum suum,paratus est pertransire ignem, mare,& ætheris ventos

ventos pro amico , ut ille iubet. Ex partuis Niobes filijs qui apud Sophoclem seriuntur & intereunt , nullus inuocat alium auxiliatorem,& qui opem ferat præter amatorem, ô Dij amatorem ad me mittite. Scitis ne quam ob causam perierit in bello Cleomachus Pharsalius ? Non nos sanè , dixit Pemptides, sed lubenter audiam. Non immerito nam res est auditu digna , inquit pater. Venit ut auxiliaretur Chalcidensibus , cùm vigeret Chalcidensium aduersus Eretrientes bellum. Peditatus quidem videbatur esse Chalcidensibus præstantissimus, sed difficilimum erat equitatum hostium è loco mouere. Adhortabantur itaque socij Cleomachum qui animo erat præstantissimo, ut primus irrueret in equites. Ille verò interrogauit præsentem amasium , esset ne prælium spectaturus. Cùm iuuenculus affirmasset, & cum benignè amplexatus esset , galeamque capiti imposuisset, exultans Cleomachus & assumens secum præstantissimos Thessalorum, alacriter erupit, & in hostes impetum fecit, ita ut perturbaret & in fugam verteret equitatum. Postea verò fugientibus etiam peditibus, vicerunt omnino Chalcidenses.

Accidit

Accidit sanè, ut Cleomachus interiret, sepulchrum verò eius demōstrant in foro Chalcidenses, in quo ad nostrum vſq; tempus magna superstat columna. Et qui priùs damnabant amorem puerorum, tunc magis quām alij amarunt, & coluerunt. Aristoteles autē Cleomachum aliter periſſe affirmat, cùm superior eſſet in pugna Eretrienſum, hunc verò ab amasio deosculatum, missum fuisse à Chalcidensibus qui in Thracia erant, ut auxiliaretur Chalcidensibus, qui erant in Eubœa. Vnde cani ſolet apud Chalcidenses: ô pueri, qui à gratijs & patribus bona \*negetis fortiti eſtis, ne \*inuideatis strenuis confuetudinem pulchritudinis. Nam cum fortitudine & pulchritudine \* eſt placidus amor in Chalcidensium vrbibus. Anton erat nomen amatori, amasio vero Philistus, ut in Antijs Dionysius poëta tradidit. Apud nos autem Thebanos, ô Pemptides, non donauit amator amasium, qui Ardetas inscribitur armatura. Mutauit autem & transposuit ordinem armatorum Pammenes, vii amori deditus, qui Homerum culpauit tanquam ab amore alienum, quòd per tribus & ſodalitates diſtribuciuit Achiuos, & non coniunxerit in ordine

alii pro ḍάλ-  
λε legūt νάλ-  
λε: mollis nā-  
que amor nā  
cum fortitu-  
dine in C.lici  
densium op-  
pidis viget.

ordine amatorem amasio , vt sic fiat illud:  
 Clypeus clypeum firmauit, & galea galeam,  
 ei qui solus militum erat inuictus. Etenim  
 cognatos & domesticos , & per Iouem pa-  
 rentes etiam & liberos deserunt , tamen in-  
 ter amatorem & amasium nunquam hostis  
 medius \* prærupit , neque transiuit. Quare  
 non egent vt cis ostendatur quid sit audax,  
 & quid timidum. Ut Theron Theffalus  
 iniiciens muro manum sinistram , & extra-  
 hens gladium, abscidit pollicem, prouocans  
 riualem. Quidam autem aliis cùm in præ-  
 lio pronus cecidisset, & aduersarius eum fe-  
 rire vellet , rogauit vt parum expectaret, ne  
 amasius videret eum in tergo vulneratum,  
 non solùm itaque pugnacissimæ nationes,  
 sunt amori deditissimæ, Bœotij, Lacedæmo-  
 nij, & Cretenses, sed ex antiquis etiam Me-  
 leager, Achilles, Aristomenes, Cimon, Epa-  
 minondas : Hic enim amasios habuit Aso-  
 picum , & Caphisodorum , qui cum eo in  
 Mantinea cecidit, & propè sepultus est, qui  
 hostibus erat timendus , & erat fortissimus;  
 qui primus eum sustinuit & percussit Euna-  
 mus Amphisseus , heroicos \* habuit à Pho-  
 censibus honores. Alios autem Herculis

\* aut pedes,  
 aut eques,

\*adeptus est

\*amas

\*amores \*amasios operosum est recensere ob multitudinem, qui verò arbitrantur Iolaum fuisse amasium eius, vsque ad nostra tempora collunt, & venerantur, accipientes ab amasijs supra eius sepulchrum iusurandū & fidem amoris. Deus idem factus repente medicus \*deploratam, dicitur seruasse Alcestem \*desperatā, in gratiam Admeti, qui vxoris suæ amore tenebatur, & erat \*ab eo amatus. Fabulantur enim eius fuerat amasius.

\*amasium, \*integrum

\*Cum Marte magnum habet mulier cōmerciū.

Apollinem Admeti \*amatorē, mercenarium eius fuisse \*magnum annum. Benè autem in memoriam nobis venit Alceste. Non enim \*Mars cum muliere magnum habet commercium. Afflatus verò proueniēs ab amore progreditur eō, vt aliquid præter naturam audeant & mori etiam. Si modò fabulæ aliquid ad fidem faciendam prosunt, quæ de Alceste traduntur & Protesilao & Euridice vxore Orphei declarant, quòd soli Deorum amori paret Orcus. Quamuis erga omnes alios, vt ait Sophocles, nullam uerit lenitatem, neque gratiam, sed tueatur ius summum legemq; semel sanctam, vereatur tamen amatores, & his solis neque est indomitus, neque implacabilis. Quare bonum quidem est, ô amice, sacrorum Eleusinorum

norum participem esse. Ego autem video  
 sacerdotibus & mystis amoris, meliorem es-  
 se apud inferos \* sortem, nequaquam fabu- \* conditionē,  
 lis fidem adhibens, neq; omnino fidem de-  
 trahens. Bene nanque dicunt diuina quadā  
 sorte attingunt finem, qui affirmant ex Or-  
 co viris amatorijs ascensum ad lucem esse  
 concessum, alia quadam via quam descen-  
 derint. Quomodo verò & quamobrē igno-  
 rant veluti à tramite aberrantes, quem Pla-  
 to hominum primus ex philosophia cogno-  
 uit. Quamuis tenues quidam & obscuri de-  
 fluxus veritatis, inspersi sint fabulis Aegy-  
 ptiorum, cæterū solerti egent indagatore,  
 & qui possit magna ex paruis elicere. Qua-  
 re hæc quidem missa faciamus. Post vires  
 autem amoris, quæ tam sunt magnæ, consi-  
 dero iam lenitatem & \* dona quibus erga \* gratiam  
 homines vtitur. Non an multa bona \* vten- \* fruentibus  
 tibus reddat. Nam hæc omnibus sunt nota.  
 Sed an plura & maiora largiatur eius amato-  
 ribus. Etenim Euripides, quamvis amori fue-  
 rit deditus, id quod est minimum, miratus  
 est. Nam poëtam amor docet, quamvis à  
 Musis fuerit ante alienus, & prudentem fa-  
 cit, quamvis prius fuerit supinus, & vt dictū  
 d        est,

est, fôrtem reddit ignauum , quemadmodû qui ligna igni emendant , è mollibus valida faciunt. Liberalis autem apertè , magnanimusq; fit omnis amator , quamuis sordidus fuerit priùs. Nam parsimonia & auaritia liquescunt, vt ferrum igni, ita vt gaudeant largientes amasijs , non minus quàm cùm ipsi ab alijs accipiunt. Scitis sanè vt Alcibiades comedessatum iuerit ad Anytum filium Anthemionis amatorē , qui conuiuio splendido & lauto hospites accipiebat. Utq; arreptis de mensa poculis ad dimidiā ferè partem discesserit : Cùm autem hospites indignarentur , dicerentq; contumeliosè & arroganter te tractauit adolescentulus. Imò humaniter , dixit Anytus , licebat enim omnia accipere, ille verò dimidia mihi quoq; reliquit. Gauisus itaque Zeuxippus, O Hercules , inquit , propemodum amouistis ab Anyto paternam inimicitiam quam exercebat aduersus Socratem & philosophiam, si adeò erat lenis & generosus in amore. Sit ita sanè, dixit pater, ex morosis autem & in consuetudine tetricis, facit humanos & hilares. Igne domum lucente magis decet usque tueri: Sic hominem igne amoris multò reddi

reddi hilariorem videmus. At certè multi sunt iniqui rerum æstimatores. Nam si domi lumen noctu conspexerint, rem esse diuinam arbitrantur, admiranturq; : videntes autem animam exiguam, & humilē, & ignobilem, subitò repleri, prudentia, libertate, gratia, liberalitate, non coguntur dicere, vt Telemachus, Certè Deus aliquis est intus. Illud verò rogo te per gratias, inquit Daphnæus, nonne est diuinum? Quòd cùm vir amore captus, omnes ferè alios despiciat, nō solùm amicos & seruos, sed etiam leges, & principes, & reges, & cùm nihil timeat, neque admiretur, neque colat, adeò vt & fulmen acutum\* operiri possit, simul atque formosum vidit, imbellis horret Gallus cristam vt premens, frangitur eius audacia, & animi alacritas concidit. Par verò est, vt apud Musas Sapphūs mentionem faciamus. Etenim Vulcani filium Cacum improbum tradunt Romani, ignem & flamas, quæ extra profluunt per os emittere, ipsa autem re vera, quæ sunt igni mixta loquitur, & suis modulis emittit cordis caliditatem, satians amorem musis\* canoris iuxta Philoxenum. Cæterum, ô Daphneæ, nisi secundum Lysandrum,

\*sustinere

\*concinnis

\*jocorum, drum , antiquorum oblitus es \* puerorum,  
 reducito nobis in memoriam , vbinam for-  
 mosa Sappho dicat, apparente amica vozē  
 cohiberi,& corpus sonum emittere, & cor-  
 \*ritubatione, ripi pallore,\* errore, & vertigine. Cūm autē  
 carmina illa essent à Daphnæo recitata, ex-  
 cipiens pater, Quā pulchrè hæc, inquit, ro-  
 go te. Afflatio numinis adeò manifesta, nō-  
 ne est diuina animæ commotio? Quid tale  
 Pythia passa est , vbi ad tripodem accessit?  
 Quem eorum , qui furore corripiuntur sic  
 tibia, & instrumēta quibus in Phrygiæ Deæ  
 sacris vtuntur, & tympanum à mente nobis  
 alienauit Multi vident idem corpus & ean-  
 dem pulchritudinem, sed solus amator cor-  
 ripitur ob causam dictam. Non enim disci-  
 mus neque intelligimus Menandrum alicu-  
 bi dicentem , lethalis est animæ morbus a-  
 mor, Qui percussus est ab amore , vulnera-  
 tur : cæterū Deus in causa est , qui hunc  
 tetigit, & illū reliquit. Quod itaque in prin-  
 cipio opportunè magis dictū fuisset, ne nūc  
 quidem, quando nunc venit in buccam, vt  
 Aeschyli verbis vtar, commodè mihi videor  
 posse prætermittere. Est enim eximum for-  
 tasce quidem, ô amice , & alia omnia , quæ  
 non

non veniunt nobis in cognitionem per sen-  
sum, partim quidem fabula, partim verò le-  
ge, partim autem ratione, autoritatem à  
principio habuerunt. Opinionis autē Deo-  
rum, omnino fuerunt nobis duces & magi-  
stri, poëtæ, & legislatores, & tertio loco phi-  
losophi. Cùm autem omnes similiter fatean-  
tur, Deos esse, magnopere inter se dissen-  
tiunt de multitudine & ordine eorum, deq;  
substantia & potestate. Dij enim philoso-  
phorum, morbo & senectute carent, neque  
labore defatigantur, neq; vniquam pertran-  
seunt grauistrepum flumen Acherontem.  
Quare non \* admittunt philosophi etidas,  
hoc est contentiones quæ à poëtis Deæ cre-  
duntur, \* nō Litas: nolunt \* timorem & \* me-  
tum Deos esse, aut fateri esse filios Martis.  
De multis etiam cum legislatoribus contet-  
dunt, quemadmodum Xenophanes iube-  
bat, Aegyptios si mortalem existiment Osi-  
tin, non eum vt Deum colerent, & si Deum  
arbitrentur minimè flere. Rursus poëtæ &  
legislatores neque audiunt sine stomacho,  
neque possunt intelligere philosophos qui  
Deos faciunt Ideas quasdam, & numeros  
monadas, & spiritus. Sunt omnino inæqua-

\* recipiunt

\* quasi suppli-  
cantes dixe-  
ris.

\* paurorem

\* pallorem

biles & discrepantes horū opiniones. Quē admodum sane fuerunt aliquando Athenis tres factio[n]es, Maritimorum, Mōtanorum, & eorum qui in locis planis morabantur, quæ sese mutuo odio prosequabantur & inter se dissentiebant. Postquam verò omnes in eundem locum conuenerunt, & suffragia ferrent, omnia Soloni dederunt, & eum cōmuniter elegerunt arbitrum & principem & legislatorem, qui visus est, habere sine controuersia\* virtutis principatum. Sic tres factio[n]es, quæ de Dijs dissentient, & varia habent suffragia, neq; facile alterius suffragium admittunt, de vno constanter consentiunt. Et communi consensu amorem Deorum numero ascribunt præstantissimi poëtæ, & voces confertæ legislatorum & philosophorum, quæ magnopere eum laudant, ut dicebat Alcæus, Mitylenæos elegisse Pit-tacum tyrannum. Nobis autem rex & princeps & præses amor, ab Hesiodo, & Platone, & Solone, ab Helicone in academiam coronatus deducitur, & ornatus ingreditur, multis bigis amicitiæ & concordiæ, non talis qualis est quam Euripides dixit iunctam esse pedicis natura non arte fabricatis. Fridgebam

gidam hic quidem & grauem diuitijs adhibens præ pudore necessitatem, sed bigis alatibus ad pulcherrimas res & maximè diuinias, de quibus alibi dictum est melius. Cùm pater hæc dixisset, Soclarus inquit, vides ut iam secundo in eadē incidens, nescio quomodo vi abducitur, & auersus iniquè nouas proponit tabulas: siquidem fas est, id quod apparet dicere, cùm sit sermo sacer. Etenim cùm nuper attigisses Platonem, & Aegyptios, tanquam inuitus elapsus es, & nunc similia facis. Quæ enim diuinitus dicta sunt à Platone, imò potius ab his deabus per Platonem, ne hortamur quidem, ô bone, vt diccas. Quia verò subinnuisti, fabulam Aegyptiorum, eadem significare, quæ dicta Platonis de amore, non licet non detegere neque nō declarare apud nos. Lætabimur autē etiam si parua de magnis audiuerimus. Cū autem alijs quoque rogarent, inquit pater, Aegyptij duos quidem norunt amores, similiiter ac Græci, vulgarem & cœlestem. Tertium autem existimāt amorem Solem. Venierem habent in maximo honore. Nos verò videmus magnam esse similitudinē amoris & solis in terra. Ignis autem neutrum

horum est, id quod nonnulli arbitrantur. Squalida est huius caliditas: at solis caliditas suavis est & fœcunda, & proueniens ab eo, præbet corpori alimentum & lumen & perfectionem. Animis verò, quæ ab amore procedit caliditas? Quemadmodum autem sol post nubes & post nebulam calidior est: sic amor post iram & Zelotypiam reconciliato

*z. n. d. e. si sic le  
gatur verba  
nullum habet  
sensem ido-  
neum. Itaque  
lego z. n. d. e.  
Amplius ve-  
rò ut sole &c.*

amasio, suavior est & acrior.\* Insuper verò quemadmodum solem nonnulli arbitrantur accendi & extingui, sic de amore sentiunt, mortalem esse eum & inconstantem. Cæterum neq; habitus corporis inexercitatus Sol em, neque mores animæ rudiis amorem sine molestia ferre possunt. Decedit enim de statu suo vtrunque æquabiliter, vires Dei damnans, non suam imbecillitatem. Nisi quòd hac in re videri possunt differre, quatenus Sol formosa & turpia cernentibus in terra ostendit. Amor autem pulchrorum solùm est splendor, & ad hæc sola respicere & conuerti suadet amantibus, alia verò omnia contemnere. Qui verò terram Venerem vocant, nequaquam attingunt similitudinē aliquam horū. Etenim eximia & cœlestis & mixtionis locus, immortalis cū mortale.

le. Verū inelegans per se & tenebrosa, si Sol non illustreret, quemadmodū Venus, si amor nō adfuerit. Par verò est lunam Veneri, Solē autē amori conferre potius quām alijs Dijs. Non tamen quòd omnino sint eadem: neq; enim cum animo idem est corpus, sed diuersum, sic aspectabilis amor vero intellectu cognoscitur. Et nisi acerbius dictu videretur dicere posset aliquis Solem amori contraria facere. Auertit enim cogitationē ab ijs quæ mente cōcipiuntur ad\* ea quæ sensibus percipiuntur, gratia & splendore oculos ludificans, & persuadens in ipso & circa ipsum, cū sensibilia alia, tum veritatem splendere: alibi verò nequaquam insanus amor tenet, huius nos luminis quo vastus nitet orbis, vt inquit Euripides, quòd minimè cognoscamus experientia alterā vitam, imò potius quòd obli sumus eorum quorū est recordatio amor. Quemadmodū enim ijs qui exercitantur in luce magna & splendida, omnia quæ in somnis visa sunt, ab animo recedūt & fugiunt sic eorum quæ hīc fiunt & mutantur sol obstupefacere videtur memoriam, & cogitationem incantare, illis obliuioni traditus, ob voluptatem & miraculum. Atqui re ve-

\*sensibilia

ra illic & circa illa est animis visio certa.  
Hic verò somniorum imagines amplecti-  
tur , & quod pulcherrimum est & maximè  
diuinum in admiratione habet.Circa ipsum  
verò iucūda sed dolosa fuderunt somnia, si-  
bi persuadens hic esse,pulchri & diuini quic  
quid sit,nisi nactus fuerit amorem diuinum  
& casum , qui sit illi medicus & seruator.  
Hic amor bonus per corpora accedens ad  
veritatem ex orco , & in campo veritatis.  
Vbi eximia illa,& pura, & libera mendacio  
pulchritudo firmatur , amplectitur animans  
eum, & longo temporis interuallo vnà esse  
cupientes recreans & instituens placide,  
adest vmbbris veluti mystagogus in sacro.  
Vbi huc rursus mittuntur , ipsam quidem  
animam non attingit per se, at corporis in-  
teruentu. Quemadmodum autem geome-  
træ pueris qui sua sponte cōprehendere nō  
dum possunt formas intelligibiles substantię  
incorporeæ & imparabilis, formantes simu-  
lachra quædam, quæ tangi & videri possunt  
sphærarum, cuborum,& dodecædrion pro-  
ponere solent. Sic amor cœlestis formosa  
formosorum specula,mortalia quidem Deo  
rum , patibilia etiam eorum quæ intellectu  
compre-

comprehenduntur, fabricans nobis quantum ad habitū & colorem & formam ostendit iuuenes forma splendentes, & mouet paulatim memoriam, per hæc primū accensam. Quare nonnilli amatores propter amicorum & familiarium sinistram & importunam benevolentiam & cohortationē extinguere motum vi conantium & imperitiae nihil fructus receperūt ex amore, nisi hoc solum quòd fumo & tumultu seipso impleuerunt, aut ruentes rectā, in voluptates obscuras & illegitimas contabuerunt. Qui verò sobria ratiocinatione quasi sine fraude, ignis furorem detraxerunt amori, splendorē autem & lumen cum caliditate reliquerunt animæ, nō concussionem, vt quidam dixit, caliditatis mouentis ad semen & lubricitatem atomorum, quæ \* conteruntur præ le- \*colliduntur uore ac titillatione. Verùm dissolutionem miram & fœcundam, veluti in planta germinante & \* auge scente, & aperientis meatus obsequij & comitatis. Naquaquam intercedit multum temporis, quam prætereunt corpus amatorum, intrò feruntur, & attingunt mores qui oculos prouocant, sese inuicem intuentur & ynà diu versantur, per sermon

sermones & res gestas, si in mente habuerint, pulchri \* spectrum & imaginem. Alio-  
 \*portionem qui valere sinunt, & ad alios conuertuntur,  
 veluti apes, quæ multas herbas floresq; mul-  
 tos, mel tamen non habentes, relinquunt.  
 Vbi verò deprehēderint vestigium aliquod  
 rei diuinæ, & defluxum ac similitudinem al-  
 licientem, à voluptate & admiratione con-  
 citati & attracti, sese oblectant in eo quod  
 est re vera amabile, & beatum, & omnibus  
 charum & expetendum. Multa quidem vi-  
 dentur per lusum Deo illi adscribere poëtæ,  
 & per lasciuiam de ipso canere, pauca verò  
 sunt ab eis seriò dicta, siue in consilium ad-  
 hibita mente & ratione, siue Dei impulsu  
 veritatem attingentibus. E quorum numero  
 vnum est illud quoq; de generatione. Acer-  
 titum Deorum enixa est præpes Iris aurí-  
 como Zephyro mixta. Nisi fortè vos quoq;  
 in suam traxerunt sententiam grammatici  
 qui dicunt factam conjecturam illam, pro-  
 pter affectum varium & \* floridum nempe.  
 Propter id ipsum aliud, inquit Daphnæus?  
 Respondens pater, audite inquit, sic enim  
 cogit existimare nos ipsa species eius quod  
 cernitur. Repulsio enim est affectio visionis

circa

circa Irim. Cùm sensim incidens in nubem  
humidam , sed leuigatam & affectū medio-  
crem habentem , per repulsionem attingit  
Sole , & intuens splendorem eius & lumen  
facit ut nobis videatur in nube esse. Hoc sa-  
nè amatorium commentum figmentumq;;  
in animis ingenuis & elegantibus refractio-  
nem facit memoriæ , ab his quæ hīc viden-  
tur & appellantur pulchra, ad illud pulchrū,  
diuinum , & amabile , & re vera beatum &  
admirandum. Cæterū multi quidem se-  
stantes & perscrutantes in pueris & mulic-  
ribus veluti in speculis , imaginem eius quā  
sibi fixerunt, nihil possunt assequi firmius,  
quām sit voluptas cum mœrore mixta. Sed  
hæc videtur esse vertigo & deceptio vulgi,  
qui id quod desiderat venatur, veluti in nu-  
bibus & vmbbris vacuum. Quemadmodum  
pueri, qui affectant irim capere, manus ex-  
tendunt ad id quod apparet. Ingenui verò  
& pudici amatoris aliis est modus. Illic  
enim fit refractio ad bonū diuinum & quod  
mente concipitur, incidens verò in pulchri-  
tudinem corporis conspicui, & vsus tanquā  
instrumento quodam recordationis, ample-  
ctitur & amat, & consuetudinem habens ac  
hilaris,

hilaris , magis adhuc cogitatione ardet. Et neque cum corporibus h̄ic manentes, lumē  
 hoc desiderantes, & admirantes quiescunt:  
 neque cūm illic sunt post mortem , huc ite-  
 rum reuersi & fugientes in foribus & thala-  
 mis nouorum maritorum se volutarunt, spe-  
 ctra tristia in somnijs apparentia , virorum  
 & mulierum voluptates & corpora aman-  
 tium, quibus immeritō amatorij nomen tri-  
 buitur. Nam qui re vera est amatorius , vbi  
 est illic , & in pulchrorum consuetudinem  
 veniens , quatenus licet euolat præ gaudio  
 & bacchatur, & perpetuò manet circa eun-  
 dem Deum, saltans & oberrans , donec ve-  
 niens iterum in prata lunæ Venerisq; & dor-  
 miens alteram inchoet generationem. Ve-  
 rūm hæc altioris sunt instituti , quām præ-  
 sentes postulent sermones. Amori autem  
 quemadmodū alijs etiam Dijs talis est na-  
 tura, vt Euripides inquit, Gaudet si in hono-  
 re ab hominibus habeatur , & contrā. Est  
 eleganter ex enim maximè benevolus ijs qui ipsum \*cō-  
 cipiunt, cinnè accipiunt, grauis verò ijs qui sunt con-  
 tumaces. Nam neque Iupiter hospitalis tam  
 citò infectatur & aggreditur iniurias suppli-  
 cum hospitum , neq; Iupiter Natalitus exe-  
     crationes

erationes parentum, vt citò audit amatores  
violatos & spretos, puniens ineptos & super-  
bos. Quid censemū dicet aliquis de Euxyn-  
theto, & Leucomantide, quæ adhuc in Cy-  
pro obliquè aspiciens vocatur? Sed fortassis  
non audiuitis pœnam Gorgûs Cressæ, quæ  
idem quod illa obliquè aspiciens, passa est?  
Verùm illa conuersa est in lapidem, cùm ca-  
put inflexisset, vt aspiceret amatorem qui  
efferebatur. Gorgûs verò amore Afander  
quidam captus est, iuuenis probus, & gene-  
ro clarus, qui & à splendida fortuna ad hu-  
militatem & fôrdes deuenerat, nec tamen  
se indignum rebus magnis iudicauit. Sed  
cùm esset Gorgûs cognatus, eam vxorem  
poscebat, quæ (vt par est) ob diuitias à mul-  
tis expetebatur, & multos habebat procos.  
Habebat ille multos & præclaros riuales, o-  
mnes tamēn procuratores & familiares eius  
in suam sententiam pertraxerat. Adhuc sa-  
nè quæ causæ & generationes amoris vo-  
cantur, nullius quidem generis sunt peculia-  
res, communes verò sunt vtriusque. Etenim  
spectra quæ proculdubio amatorijs viris su-  
beunt & percurrunt, vt moueant & titillent  
tumorem, qui vnà cum alijs figuris ad sper-  
ma

ma defluit , fieri non potest vt à pueris pro-  
ueniant, neq; à mulieribus. Et has pulchras  
& sacras recordationes quibus alas anima  
assumit , vocamus nos ad pulchritudinem  
illam diuinam cœlestemq; & veram. Quid  
igitur vetat , prouenire quidem à pueris &  
iuuenibus, & à virginibus & mulieribus, cū  
mores casti & ornati, conspicui fiunt, in pul-  
chritudine & gratia formæ. Quemadmodū  
calceus aptus ostendit pedis pulchritudinē,  
vt dicebat Ariston. Cumque in formis pul-  
chris , & corporibus puris , vident qui pos-  
sunt id percipere, vestigia animæ splendida,  
quæ sunt recta & emollita? An non si volu-  
ptatis amator interrogatus , inclinet' ne po-  
tiùs ad fœminam, quam ad marem, respon-  
deat, vbi adest pulchritudo , dextrè videbi-  
tur & aptè respondisse , cupiditatem decla-  
rans. Qui verò pulchritudinem amat & est  
generosus, amore capitur non habita ratio-  
ne pulchri, & generosi, sed differentiæ par-  
tium. Et vir equorum studiosus, non minus  
amat generositatē\*Podargi, quam Aethem  
Agamemnoniam. Et venationis studiosus,  
non solùm gaudet maribus, sed & canes fœ-  
minas ex Creta & Lacedemonia nutrit. Qui  
verò

\*equus apud  
Homerū Ilia.  
x. versu 295.

verò pulchritudinem amat & humanitatem non est æqualis scilicet neque similis vtrisq; generibus? Sed putat quemadmodum vestium, sic esse differentias amantium mulieres & eorum qui viros amant. Atqui affirmant formam esse florem virtutis. Negare verò fœminam florere, & nō dare indicium indolis bonæ ad virtutem absurdum est. Aeschylus enim rectè scripsit:

*Ardens puellæ non ocellus me latet,  
Expertæ thalamos quæ viriles est semel.*

Vtrum igitur impudicorum & perditorum corruptorumq; morum signa in formis mulierum occurrunt, ornati verò mores & pudici nequaquam in forma splendent? Multa, inquies, insunt & simul apparent, nihil verò amorem mouet neque allicit, neutrum autem horum est verisimile, aut verum, sed communiter (vt demonstratum est) omnia insunt generibus illis amoris, perinde ac si vacuum consisteret\*. At nunc, \*Desunt  
ô Daphnæe, aduersus illos pugnemus sermo quædam.  
nes, quos nuper Zeuxippus differuit, faciens amorem idem cum cupiditate inordinata, & quæ animam ad intemperantiam adducit. Non sibi hoc ipse persuasit, sed sæpe au-  
diuit

diuit ab hominibus morosis & ab amore alienis. Alij quidem injicientes miseras mulierculas paruis dotibus attractas cum pecunijs in oeconomiam, & illiberales cogitationes dissentientes quotidie, in sua habent protestate. Alij verò delectati pueris potius quam mulieribus, vt cicadæ in scillam vel aliquid simile, semen emitunt. Sic celeriter semen emittentes in corpora occurrentia, & fructum inde colligentes, valere sinunt nuptias, aut earum præsentium nullam habent cu-

\* amari autē ram, neq; amare neq; amari volunt. s̄εγγεθαι  
& amare pa- autem & s̄εγγεψ vna litera mihi videtur dif-  
mihi differre- videntur ato- ferre à s̄εγγεψ, id est, continere, & sic protinus  
lerare. ostendunt benevolentiam mixtam esse ne-  
cessitati, quæ posita est sub tempore & con-  
suetudine. Ille autē cui amor hęserit quemq;  
inspirauerit, primū quidem è Platonis re-  
publica meum & non meum occupabit.  
Neque enim simpliciter omnia amicorum  
bona sunt communia. Sed corporibus di-  
stincti, animas vi adducunt & colliquant.  
neq; volentes, neque existimantes duas esse.  
Deinde mutua vtuntur modestia, qua po-  
tissimum egent nuptiæ. Exterior quidem &  
quæ præfert vim legum libidini præ mani-  
bus

bus semper est simul habitantibus pudore & metu coërcens , instar multorum frænorum, & gubernaculorum. Amor verò adeò particeps est continētiæ & ornatus & fidei, vt si quando attigerit animam etiam intemperantem, auertat ab alijs amatoribus , excindens quidem audaciam , & frangens arrogantiæ & intemperantiam, injiciens revercundiam & silentium , & circumponens quietem & figuram ornatam, facit vni obedientē. Nostis sanè fama Laidem illam celebrem , & à multis expetitam , imò potius de qua duo maria pugnabant , quoq; pacto Græciam incenderit amore sui, & nosti quo modo ob amorem clam è Græcia discesserit. Postquā verò amor Hippolochi Tessaliam tetigit, relinquens Acrocorinthum, qui cærulea alluitur aqua, & fugiens clām ab alijs amatoribus, quorum magnus erat numerus ornatè \* incedebat. Mulieres autem quæ illic erant, inuidentes & xmulæ eius ob pulchritudinem,in templum Veneris eam deducentes lapidibus obruerunt , interfeceruntq;. Quare, vt verisimile est, templum illud etiam nunc Veneris homicidæ vocant. Scimus sanè etiam ancillulas fugisse domi-

\* euasit.

norum congressum , & priuatos homines despexisse reginas, cùm in anima haberent amorem dominum. Quemadmodum enim Rōmæ aiunt designato eximio Dictatore, abrogare eorum imperium qui alios habebant magistratus, sic quibus amor factus est dominus , liberati ab alijs dominis , principibusq; & emeriti, per totam vitam degunt ut qui inseruiunt sacris. Generosa autē mulier, amore coniuncta viro legitimo, potius sustinebit amplexus vrsorum & draconum, quam contactum & concubitum viri alieni. Cūm autem copia sit exemplorum , apud vos, qui Dei illius choros & sacra simul frequentatis , tamen indignum est vt prætermittamus exemplum de Camina Galla. Synorix enim Gallorum potentissimus,captus amore huius quæ eximiæ erat pulchritudinis, & Sinato tetrarchæ nupserat , Sinatum interficit , quòd viuente Sinato non posset mulieri illi vim inferre , neque eam in suam sententiam adducere. Erat autem Caminæ refugium & mali solatium , religio patria Dianæ , & apud Deam frequenter versabatur, nullum ex procis admittens , qui multi erant & potentes. Sinorigis tamen qui au-

sus

sus est de nuptijs colloqui , non fugit colloquium, neque eum de ijs quæ facta fuerunt reprehendit,tanquam Synorix ad id fuisse impulsus amore & desiderio eius , non alia improbitate. Venit ergo ille confidens , & nuptias poposcit. Ipsa verò obuiam occurrit, & dextram eius comprehendens, atque eam ad aram Deæ deducēs, libauit ex phiala mulsam (vt verisimile est) veneno permixtam. Deinde cùm ipsa mediam ferè partē præbibisset , Gallo illi reliquum tradidit. Postquam verò eum bibisse conspexit, maxima voce \* exclamauit, & mortui nomen, hunc,inquit,diem charissime vir expectans, sine te molestè viuebam. Nunc autem me gaudens excipito , pœnas enim tua causa sumpsi de perditissimo hominum , facta lubenter tibi quidem vitæ , huic verò mortis socia. Synorix sanè gestatus lectica , paulò post vitam finiuit. Camina verò cùm diem & noctem superuixisset,magna cum fiducia & hilaritate obiisse dicitur. Cùm multa similia contigerint, & apud nos & apud barbaros, quis perpeti poterit eos, qui Venerē insectantur , tanquam adiuncta & præsens amori, amicitiam conciliari vetet? Consue-

tudinem autem maris cum mare, contumelia potius & insultū dicere poteris, si sapis. Labes nefanda est, non Venus tale facinus facit. Quare eos qui lubenter talia patiuntur, in pessimo vitiorum genere ponentes, neque fidimus eis, neq; veremur eos, neq; amamus. Sed re vera iuxta dictum Sophoclis, istis amicis volupe priuari, quibus hæsere, votis maximis fugere expetunt. Qui autem nequaquā sunt natura mali, sed decepti aut coacti seipso dediderunt & prosti tuerunt, nullum hominem habent quandiu viuunt magis suspectū, neq; quenquā magis oderunt, quam qui eos sic tractarunt, & acriter vlciscuntur, naucti temporis oportunitatem. Archelaum enim Crateus amasius interfecit, & Phereum Alexandrum Pytholaus. Periander autem Ambraciatarum ty rannus, interrogauit amasium, num adhuc vterum gestaret, & ille indignatus tyrannū interfecit. Mulieribus autem matrimonio coniunctis, hæc simul sunt amicitiæ principia, veluti magnorum sacrorum communiones, & exigua est quidem voluptatis portio. Honor verò qui ab hac quotidie nascitur, & gratia, & mutua dilectio, & fides, probat

bat Delphos minimè delirare, quòd Venetum vehiculum appellant, neq; Homerum, qui talem congresum amicitiam vocat. Et testimonio est Solonem fuisse peritisimnm legislatorem in ijs quæ ad nuptias attinent, qui iubet vt vxori accedatur, non minus quam ter in mense. Non propter voluptatem. Quî dum? sed quemadmodum ciuitates temporis interuallo fœdera mutua renouant, sic sanè volebat nuptias renouari ex figuris vtrinque collectis vnoquoque tempore in tali \* hilaritate. Sed multa fiunt improbè & furiosè ab ijs qui mulierum amore tenentur? An non fiunt plura ab ijs qui pueros amant? familiaritatem intuens lapsus sum, iuuenculus imberbis, delicatus & pulcher, cui insitum est, vt moriar & epigamma habeam. Cæterùm quemadmodum affectus hic est furor erga pueros, ita neutrum est amor. Absurdū sanè est affirmare, mulieres nō esse alterius virtutis participes. Quorsum enim opus est loqui de temperantia & prudentia earum, insuper verò de fide & iustitia? Nam & fortitudo, & audacia, & magnanimitas in multis cōspicua, est sanè præter alia secundum naturam earum, quamvis

\*voluptate.

vituperentur. Graue est omnino pronunciare ad solam amicitiam esse parum idoneas. Etenim liberos amant, & maritos, & charitas in eis veluti regio generosa, & quæ amicitiam admittit, non est expers suadelæ neque gratiarum. Quemadmodum poësis sermoni accommodauit concinna carmina metraque & rythmos, & institutionem quæ ab eo prouenit acriorem effecit, & nocumentum quod minus vitari posset. Sic natura ornans mulierem venustate oculorum, & vocis suavitatem & forma ad se alliciente, intemperanti quidem ad voluptatem & deceptionem, temperanti autem ad conciliandam benevolentiam & amicitiam viri magnopere profuit. Plato quidem hortabatur Xenocratem, qui alijs in rebus erat generous & eximus, sed moribus erat praeditus austeroribus, vt gratijs sacrificaret. Cæterū hortari aliquis poterit mulierem probam & pudicam, amori sacrificare, vt propitius & benignus per nuptias domi simul maneat, & rebus muliebribus faueat, ne maritus ad aliam accedens, cogatur proferre voces illas ex comœdia, Infelix ego qualem mulierem iniuria afficio: In nuptijs enim amare præstantius

stantius est bonum, quam amari. Nam a multis auertit delictis, immo potius ab omnibus quae corrumpunt & euertunt nuptias. Affectionum autem illum qui in principio accidit, & mordet, ne timeas o bone Zeuxippe, tanquam vlcus aut viæ apertio[n]em. Quamuis nihil mali fortasse sit, per vlcus, ut solent arbores, cum muliere proba coalescere. Ulceratio vero principium quoq[ue] est conceptionis. Mixtio enim non est eorum quae minimè inuicem patiuntur. Mathemata vero pueros in principio perturbant, & philosophia iuuenes, sed neq[ue] in his, rpetuò manet morsus, neq[ue] in amatoribus. Sed quemadmodum humidis inter se commixtis sic amor in principio fero[re]m quendam & tumultum facere videtur, deinde temporis progressu sedatus, & expurgatus, exhibet affectionum firmissimum. Haec est re vera mixtio, quae per tota fieri dicitur. Mixtio aliorum amatorum qui vna degunt, iuxta Epicurum, contactibus & amplexibus, videtur admittere collisiones & disunctiones, at non facit talem unitatem qualem efficit amor, nactus nuptiale[m] communionem. Neque enim voluptates proueniunt ab alijs maio-

e s res,

res, neque vtilitates frequentiores ad alios, neque alterius amicitiæ pulchritudo, laudabilis adeò & optanda, quàm cùm vir & mulier domum habent concordes. Etenim lex auxiliatur, & natura ostendit Deos egere communi generatione & amore. Sic poëtæ dicunt terram à cœlo amari, & Physici lunā à sole amari, & cum eo congregari & ab eo concipere. Non est necesse terram matrem hominum, & generationem omnium animalium & plantarum interire & omnino extingui, cùm vehemens amor, aut pars Dei, materiam relinquat, & desinit cupere & sectari, quod inde prouenit principium & motum. Cæterùm ne longè vagari videamur, aut nugari nimis, scis quàm multa parum firma dicant pueriles amores, & quomodo per iocum dicant, sicuti ouum, amicitiam eorum tripliciter diuidi: ipsos verò instar pastorum verno tempore degentes in locis germinantibus & floridis, protinus è regione hostili castra mouere. Quoniam autem contumeliosus Bion sophista, capillos pulchrorum Harmodios vocabat & Aristogitonas, tanquā simul ab ipsis à pulchra tyrannide amatores liberarentur. In his quidē iniust.

iniustè veros amatores accusat. Faceta autē  
 sunt Euripidis dicta: Inquit enim amplectēs  
 pulchrum Agathonem, formosorū pulcher  
 autumnus excipit, & hyems quæ minimè  
 abundat canis & rugis, sed usque ad sepul-  
 chra & monumenta formosa perdurat. Pau-  
 ca licet enumerare paria amorū puerilium  
 & multas muliebrium, in quibus sit omnino  
 fidei communio, & quæ excellant fide &  
 animi promptitudine. Volo autem recense-  
 re quidpiam ex ijs quæ nostra memoria sub  
 Cæsare Vespasiano acciderunt. Iulius enim  
 qui in Gallia mouit defectionem, multos  
 alios, ut credibile est, habuit socios, & Sabi-  
 num iuuenem non ignobilem, diuinijs verò  
 & gloria omnium hominum clarissimum.  
 Cùm ergo res magnas essent aggressi, fru-  
 strati sunt, & cùm se pœnas daturos expe-  
 ctarent, alij seipso interfecerunt, alij verò  
 in fuga capti sunt. Sabino autem alia quidē  
 facilè concedebant, vt se proriperet, & ad  
 barbāros configureret. Duxerat verò uxorem  
 præstantissimam, quam illic quidem \* Em-  
 ponen vocabant, Græcè verò Heroida ap-  
 pellare possumus. Non poterat eam relin-  
 quere, neque secum adducere. Cùm ergo  
 haber

\* Emponinā.  
sic Tac.lib.20.

haberet in agro repositoria pecuniarū subterranea, quæ soli duo liberti nouerant, alios quidem domesticos discedere iussit, tanquam vellet seipsum veneno interficere, assumens verò duos fideles, descendit in subterranea, & misit ad vxorem Martalium libertum, qui renunciaret venenocum perisse & cum corpore habitationem fuisse combustam. Volebat enim vti vero luctu coniugis ad confirmandam sui interitus famam, id quod euenit. Nam se se temere projciens cum gemitu & luctu tres dies & totidem noctes sine cibo perdurauit. Cum Sabinus hæc intellexisset, & timeret ne omnino seipsam interficeret, iussit vt Martalius clàm ei declararet, se viuere in latebris, & vt eam rogaret paulisper in luctu persistere, sic tamen vt non esset in dissimulatione paulò affectatior. Cum in alijs quidem mulier cominodè personam sibi demandatam ageret, ad confirmandam veri luctus opinionem, desiderio viri videndi abiit noctu, & rursus rediit. Postea verò clàm alijs parum abfuit, quin cum marito apud inferos habitaret, demptis sex totis mensibus, quibus cum ornasset Sabinum, veste & Cæsarie, & capitis alligat

alligatione incognitum, Romam secum deduxit, comitantibus aliquibus. Cùm autem nihil profecisset, rursus rediit, & frequenter erat cum eo sub terra, aliquando in ciuitatem veniebat, & à mulieribus amicis & domesticis conspiciebatur. Et quod est omnium maximè incredibile, sese cum alijs mulieribus lauans, sic vterum gessit, vt à nulla \* deprehenderetur. Medicamentum enim quo mulieres illinientes comam, auream flauamq; reddunt, pingue quoddam habet, quod carnem generare aut laxare potest, ita vt inducat veluti quandam dilatationem aut tumorem. Cùm ergo hoc copiosè vteretur in reliquis corporis partibus, sublatæ ac plenæ ventris tumorem celabat. Pariendi verò dolores ipsa tacitè passa est, vt Leæna solet in antro, latens apud virum, & natos duos leunculos clām educauit: nam duos peperit masculos. Ex his filijs alter in Aegypto perijt, alter haud ita pridem fuit apud nos in Delphis, nomine Sabinus. Illam quidē sanè Cæsar interfecit, sed cùm interfecisset, breui tempore dedit pœnas, omni suo genere funditus sublato. Nihil enim crudeliùs factum est toto eius imperij tempor

\*cognoscere.  
tur.

tempore , neq; aliquid vnquam contigit , à quo magis par erat Deos & dæmonas ocu-  
los auertere. Quamuis commiserationē spe-  
stantium eximeret fiducia eius & magnani-  
mitas,qua potissimū irritabat Vespasianum,  
postquam de salute desperauit, petens ab eo  
veniam excedendi è vita: se enim suauius di-  
cebat in tenebris & sub terra vixisse, quā illo  
regnante in luce. Ad hunc modum hīc, di-  
cebat pater, sermonem de amore finem ha-  
buisse , cùm ipsi iam Thespiensibus appro-  
pinquarent. Et conspectum esse Diogenem  
vnū ex Pisiꝝ amicis accelerato gradu ad eos  
accedere. Cùm autē Soclarus dixisset ei qui  
adhuc procul erat, an nuntias bellū ô Dioge-  
nes. Respondit ille an non bene animabimi-  
ni,cùm aguntur nuptiæ,& venietis citius ad  
nos,cùm sacra vos expectent? Omnes quidē  
alij gauisi sunt, Zeuxippus autē visus est tri-  
stis. Primus tamen quā poterat Ismenodoræ  
veniam dedit, & verò volēs accepit coronā  
& vestem albām, paratusq; est per forum ad  
Deum deducere. Sed eamus per Iouē,inquit  
pater, eamus, vt rideamus simul cū marito,  
& Deum adoremus. Certū enim est eum hi-  
larē & propitium rebus quæ gerūtur adesse.

M A R T A V A L E R I A  
 ARNOLDI FERRONI,  
*hec congerebat.*

\*

Z E N O D N O T I .

*Ad liquidos fontes quis saeum insculpsit amorem?  
 scilicet hunc ignem sedet ut vnda fluens.*

A R C H I A E .

*Serens extat amor simili conflatus ab igne  
 Sic merita pena torruit autor opus.*

L V C I L L I .

*Saepe puer credere Deus si tela in utrumque  
 Torsoris, at non tum, cum feris alterutrum.*

A R C H I A E de loue verso in  
 Dianam.

*Heu fuge Calisto? non sunt haec oscula Phœbes,  
 Sed faciem induitus Iuppiter est Tridie.*

C V R V E N V S suem nolit videre ex  
 Nonnii Dyonisiacis.

*Mars quia Zelotypus speciem suis improbus olim  
 Mentitus pulchrum latali vulnera Adonin  
 Conficeret.*

P H I L I P P I D A P H N E in lectulum  
 meretricis ex lauro.

*Vnus heus thalamos fugiens, meme ipsa peremi  
 At quorsum hoc? multis si iaceo thalamis?*

D E duob

DE duobus inæquali sorte  
amantibus.

*Pestiferas habitare domos Corvinus amator  
Non timet ut dominae stetq; cadatq; suæ:  
At sponsæ in thalamos Spinatus ire recusat,  
Quod dotem iusti ponderis esse neget:  
Qui sciet hac: merito dementem dicet vtrung;  
Debuit hic nummis parcere, at ille sibi.*

RECOGNITA QVAEDAM.

*Hos siue scriptis, &c; eīte γεράμενος. hæc verba (ni fallor) non rogantis sunt, sed promissa postulantis: ideoq; sic interpretor, quem à nobis rogatus, modo narraturus es, siue eum scriptis mandaris, siue memoria tenes, quòd ea de re səpißimè patrem rogaueris.*

*Scis' ne quantum, oīta οσον. nihil aliud hīc est οσον quam quid, ut & alibi səpē. Itaq; sic interpretor: Scis verò quidnam à te postulaturi simus.*

*Sed sciam vobis dicentibus, ἀλλὰ εἰσομαι λεγόντων. λεγόντων aoristus est in participio, ideo sic verto: minime sed cùm dixeritis tum sciam.*

*Noli ἄφειν respondebit Græco si ita dicatur: Parce orationi inserere, & cæt. Poëticum tamen hoc parce, sed mirè conuenit Græco.*

*Cursus διαδοχæ. decursus si dicatur respondebit Græco, sed ego anfractus dicerem.*

*Et quæcumq; alia, & cæt. ηγή οσα ἀλλὰ τις των & c. locus est obscurus, nec ausim improbare interpretationē: at modo sic intelligo. Parce inserere prata & umbras & cætera eiusmodi qua plurimi quidem non probant, voluntq; Helissum & cætera à Platone describi audacter*

*Eter magis quam apposite.*

*Quorūsum tū dē. quid verō indiget.*

*Recta est oratio εὐθὺς. hīc εὐθὺς aduerbiū est, non nomen: vbi autem legitur εἰς legendū εἰς οὐς. Sensus ergo est, quid verō opus habet hāc narratio proœmīs? statim ab initio occasio unde sermo cœpit chorū postulat: nam chorū non saltationem dicendum. Inteligit enim tantas esse turbas in ipso initio narrationis ut choro tragicō opus sit. Itaq; ostendunt sequentia verba: συντῆς ηγή δράματος hīc enim δράμα tragœdiā signifīcat, ut alibi sāpē.*

*Vnā seruet. ηγή συντελεσθεῖν τὸν μῆθον. Ut vna mecum eius narrationis memoriam reuocet.*

*Morum gratia maximē ornatum. μάλιστα εὐημέρευτα. Intelligo cui in eius amore inter omnes procos optimē res cesserat: aut cui in eius amore magis quam ceteris procis secundæ res erant.*

*Duos itaq;. dūo dē. duos aut tres fermē dies in ciuitate vna fuerunt semper in palestris aut theatris philosophantes. &c.*

*Per Iouem. vñ δία. non memini apud Latinos me legisse per Iouem in eo sensu, quo Graci dicunt vñ Δία. Verterem sane.*

*Formosa satis. iuxā τὸ εἴδως. forma idonea dixit Terentijs, & ni fallor exprimit Gracum.*

*Et proferens. de eo adjiciendum censeo.*

*Prædam venabantur. συντελεῖν. hinc demo prædam.*

*Poſt verbum deliberaret, deest interpretatio eius incisi ὡς ὁ μὲν &c, usque ad verbum ὁ δὲ. volunt autem sibi ea verba quorum hic quidem eius erat frater*

f patruel

patruelis, & quidem grandior natu.

Euertendum obiceret. προσέμερον. dederat.

Ut illis non visis & in eis nouis. ὡς αὐτῶν ἀθέαλος  
καὶ νεαρὸς Ut ea non respiciat, sed semper puer. &c.

Ex premunitione. ἐκ παραπονήσ. ex composito.

Oblitus sermonum. λόγων. literarum intelligo.

Vel minima cum mulieribus. τῇ γυναικονίτιδι με-  
τέσιν Veri autem amoris nullum est in mulierum tha-  
lamis vestigium.

Λύθη δὲ λόγων. oblitus autem est sermonum. λόγοι  
καὶ λόγος. apud hunc autorem & alibi sāpē significant  
studia bonarum artium, ut indicat locus apertus in prin-  
cipio libri καὶ τῆς τῶν πάσιν ἀγωγῆς. Itaq̄ interpre-  
tor, hinc nulla iam amplius studiorum in literis, nulla  
amplius patrie cura.

ἀμέλει. profecto. Numirum enim Protogeni huins-  
modi aliqua causa peregrinationis fuerat: aut scilicet.

ἢ τῇ γυναικονίτιδι μέτεσιν. cum mulieribus. In fœ-  
minarum thalamis reperitur.

Voracitas quedam & vita cupiditas appellatur. λαγ-  
μαργία τις ἢ φιλοφυχία. omnino male legitur φιλοφυ-  
χία nullo sensu: legendum haud dubiè φιλοφία immo-  
derata cura ciborum. Sic idem autor γενεῖται τῶν σπυ-  
ροσταχῶν τελάρις προβληματίς.

γέαν. mollem, florentem, & vegetem intelligo.

. οὐκ ἐθέλει παραμένειν. non vult expectare, amplius  
non durat.

ἰδεῖς Σεραπίου τὸ λυτρῷην καὶ ἀκμάτον. quippe qui  
nec forma mouetur, nec angitur, eamq; non aliter colit  
nisi fructum ferat amicitiae & virtutis secundum mo-  
res amatorum & ingenia.

πόθῳ σιλων. desiderio, cupiditate : verbum est Ciceroni familiare in hac significatione, ut respondeat πόθῳ τοῖς ἀξίοις ἐπιμελείας. sedulitate necessaria, ad personas non ad res refertur, adhortans eos qui eius cura digni sunt.

Alij quidem irrident eos. ἔτεροι μὲν γὰρ. Nam alijs rīsum non tenebunt.

Δεῖ δὲ τινὲς ἐυφρετείας. Decore autem quodam, honestum quandam praetextum intelligit per ἐυφρετείαν : ut loquitur Quintilianus.

ἀφοδισίων παιδικῶν κοινωνία. nulla Venere participes sunt, nulla est in amore puerili Veneris communicatio.

ἐπιλαβέσθαι apprehendisse. non apprehendisse, sed reprehendisse.

τὸδε ἔξωτλίζειν τῶν ἀργεῖον λέων. Illud vero est εἰς cat. Versus est Lambicus. sermone inermi conuenit Græcis loqui : nam ἀργεῖον λέων, argium populum significat.

Comprehensam propemodum. μόλις συνεχομένη. vix teneri.

σωδιάκεκαλυμμένῳ καὶ νέμοῃ πυρὸς. contendō εἰς pleno igni : intelligit Daphnaum, modo amare perditę Lysandram, non eius forma captum, sed quod multus illi virus esset cum quodam qui eam deperibat, εἰς qui erat διακεκαλυμμένος καὶ νέμων πυρὸς φροντίζει reclamat, scilicet quod εἰς indices offendō εἰς mihi ipsi noceo.

ἔμοι γε ἔνεα πάσας γαλαξίην ἵπασιν. sensus est, Contendo igitur id antè præfatus per me licere huic adolescenti amare quamlibet mulierem.

μέγα γὰρ ἀν ἐλαφρᾶ. magnum &c. nam in ea  
estate etiam nuberet quantumvis humili & obscura:  
difficile tamen esset in ea coniunctione cum ut unum  
temperatum locum suum tenere.

δοκίσαν. sperare, quodammodo veluti regnare.

περικόπιζοι. contemnunt & irrident. sensus est: quidā  
cum uxores locupletes duxerunt, ipsi sponte earum diui-  
tias ut animi pinnulas amputant, ne his sublatæ auoleat.  
Nam sic interpretandū esse locum suadent verba & lo-  
cus planus paulò infrā in his verbis, πλεῖτον μὲν αἰσθοῦν.

καὶ μένωσι. melius est si enim uxores diuites  
maneant.

ταῦτα γὰρ ἔρωτικά. totus hic locus corruptus est.

Φυγεῖν τις ἀν ἔχοι. ἔχοι lego. Sensus est, eam verò qua-  
se amare fatetur nemo non debet fugere & execrari nō  
uxorem ducere &c.

πανταμένος δὲ τῷ φρωτογένει. cum autem &c. cat.  
intelligendum est Daphnai hæc esse verba, & fortasse  
deest in Græco δαφναῖος. sensus est, vides quomodo dum  
semper ad communem hypotesin redit eò nos adducat nō  
in uitiose ut necesse sit restim sequi, & amore nuptiale  
in genere defendere.

Postea Anthemion respondet intelligo, inquit, quini-  
mo & pluribus quam anteà rationibus ab amore illos  
prohibere conatur, hoc enim significant ea verba ἀμ ωει  
δῆ πλειών τοῦτος ἐπάν. Tu verò modò tantum  
fer opem opibus quibus nos maximè nunc Peisias terret.  
sic sensus erit apertus. Ut autem sic intelligatur ubi le-  
gitur ei δὲ βούθησον reponendum ou δὲ βούθησον.

cj δὲ σώφρον. pudica. totū hoc per interrogationem  
legendum puto. quid pudica? nonne eorum seueritas &  
contrac

contractum os habet aliquid graue & intolerandum,  
sed suspicor modo legendum κατερρυπωμένον, ut signifi-  
cet munditium quam videmus fere in pudicis.  
κατερρυπωμένον. locus discutiendus.

Huius aras & cæt. ἥς ἡρὰ καὶ ναὸς. sensus est. Be-  
lestiæ templa habent, aut certè Veneris Belestiæ Alexan-  
drini sic imperante rege: nam vult non amplius ab Ale-  
xandrinis Belestiam vocatam, sed Venerem Belesticam.

ωχυρωμένοι. non est nomen proprium, sed sensus est.  
Antigonus cum scriberet ei qui præsidio tenebat Muni-  
chium, & in ea munienda erat occupatus, iusit nō tan-  
tum ut torquem faceret validum, sed & canem inua-  
lidum: indicans scilicet ut Atheniensum opes frangeret.

Δυσμῶν difficile enim duo conueniunt, cum utrūq;  
feruidum adhuc est, & in ipso iumentis flore.

παρεφιλατε τὸν ωρα. sensus est, obseruauit horam  
qua solebat Bacchon eundo ad gymnasium pro foribus  
eius ire moderato gressu.

πλάτον χελιδῶσα &c. opibus affluens fæmina mor-  
talia tantum sapis.

Et nisi natura. καὶ εἰ μὴ & sane cuius facilitatis &  
stultitia fuisset me celare, cui omnia cōmittebat consilia,  
quemque hac in re maxime partes Ismenodoræ sequi sen-  
tiebat.

Nam cum vult. ὅτι γὰρ ἀν Delīστω. nam quod con-  
cupinerit amor, id vita, id opibus, id proprij nominis  
iactura redimit.

εἰληρέναι τὸν ἀνθρωπὸν ἐπίνοια. legendum τὸν ἀν-  
θρωπὸν ut ad Ismenodoram referatur, mirè enim con-  
gruit dictum Pemptidis quod sequitur.

οὐτως δρῶ &c. sensus est, cum viderem de amore

decertantes, cum veteris suum esse diceret, in mentem non veniebat mirari quod diuinū aliquid & eximum haberetur, cum tantam eum viderem vim habere, ut cōpelleretur hinc, retineretur tamē, & ab utrisq; coleretur. Itaq; tum filebam, videbam enim non tam publicam & communem esse disputationem, quam priuatam disceptationem. Nunc autem &c.

Oὐδὲ ἄντες τὸ σοφὸν ἐυρῆται &c. Versus est Iambicus: vult autem differentiam esse inter ea quae ad sapientiam, & ea quae ad pietatem pertinent: ut ea quae ad scientiam spectant, tota penitus mente exquirenda sint: at ea que pietatis sunt non sic in disquisitionem renouanda sint, quoniam si in uno pietatis sedes & basis labe-factetur, tota religio corruat.

Zēus γὰρ οἶδα. Locus hic mihi videtur lacer, cogitandum est.

ὤσε παρεῖς γραφῆς. Nullo sensu legitur παρεῖς γραφῆς: legendum omnino παρεισγραφῆς unico verbo & sensus constabit bellissimè. Significat autem, Non modo sibi aram poscit amor, nec aduena irrepuit inter homines delicias sibi poscens, ut illi cauendum sit ne causam dicat quod se subiecerit (hoc enim est παρεισγραφῆν) cum legitimus non sit, se tamen deis inserat.

πόρρω γὰρ ἐν ἀπεριψι. sensus est, Nam ut non longè discedam à re proposita (nempe à sermone de amore) ipsa Venus si de ea queratur demonstrari non potest.

ἐπωλος δὲ παρεργόν ἐσι αφροδίτη. sensus est, Hec quidem hominū renouatio ad animata Veneris est opus. Hec Venus cum adeat amor amoris est παρεργόν: si autem adeat Venus, etiam est vilis, ignobilis, non optanda: Sic enim probat quāri non debere utrum amor Deus sit

fit cum de Venere non quaratur quae tamen perfectè eius  
fit πάρεργον ac si ab sit res nullius precy.

καὶ πάλιν ὡς τῶδε. mihi quidem locus est corruptus.

καὶ ἄλλο ὠρὸς ἄλλον. Homerus, inquit, homicidam  
vocat οὐδαμα in illum continua conuicia aggerat, in-  
telligit de verso qui est ni fallor Iliad. B. ἀπεις ἀπεις βρο-  
τόλοιγε, μισθοφορε τειχεσίπλητε, sunt enim ibi tria in  
Martem conuicia ἄλλο ὠρὸς ἄλλον. Noſtri Galli dicunt  
appositius l'un sur l'autre : Nunc prior Versio magis  
arriidebat.

οὐ γὰρ νύμβαι τινὲς. totum hoc per interrogationem  
legendum.

ἄλλὰ Συντὸν ἄπεις Λυχᾶις. suspicor corruptum esse  
locū, non est planus sensus nec constat secundus Iambicus.

γλυκὺ γάρ θέρος. Amor enim in corde penitus cu-  
piditatem serens, cupiditatem, inquam, dulcem viri aſta-  
tem, id est, segetem.

παντὸς μᾶλλον. hoc idem potius quam quidvis aliud.  
παντὸς enim non παντῶς legitur οὐ recte.

ἔχει καὶ τῶσα. habent οὐ hæc. Intelligo id dicere Zeu-  
xippum, habent certè mea quidem sententia οὐ amato-  
ria non alienum quendam, sed aliquē proprium οὐ suum  
præsidem οὐ propugnatorem.

ἐπιλάθοις τῆς λόγου. rationi sunt consentanea. Ipse  
interpretarer : ad rem faciunt, vel propositam quæſtio-  
nem tangunt. Dicerem igitur id etiam quod à Platone  
dictū est, licet longè à proposito distet, tamē ad rem facit.

ἀρχὴν υπείλοντος. qui occupat principium. dupli-  
citer hæc verba accipi possunt. Primo error ille οὐ de-  
flexio ratiocinationis οὐ mentis, qui non aliter ori-  
tur, quam cum ea vis animæ qua nobilior est in nobis

regnat ut sic Victoria & principatus eius nobilioris potentiae sit ortus & principium.

ἐνθυσιασμός. aliter intelligi potest, idem habere principium enim errorem & furorem quod habet præstantior animæ potentia. λογικὸν autem intelligit.

ἐναλλαγῆς ἐν τῷ θρώπῳ καὶ παρετροπῆς. furorem & errorem intelligit, id est, ἐνθυσιασμὸν. depravationem autem vertere durum videtur.

βέλομα τοῖνι Περπίδων ἐρέθει τι. dicitur amor ννος &c. Parum aut omnino non corruptus mihi videatur hic locus. Sic autē esse accipiendū censeo. Plato furorē quendā esse putauit qui ex corporis intemperie profectus, animum afficit, hic malus est & morbosus. alter est merus furor animi, qui generali nomine enthusiasmus appellatur. huius quatuor species sunt. manticus hic vatum est: bacchicus hic est menadum & coribantum: poëticus hic est vatum: bellicus hic est militum. & singuli quidē suos habent Deos præsides: manticus Apollinem: bacchicus Dionysium: poëticus Musas: bellicus Martem. At non dubium aliud dicunt esse furorem, nec eum quidem segnem, qui dicitur amatorius. Quis igitur Deus, ο Ρεμπτίδη, quatithunc fructiferū thyrsū amatorium: quis regit hunc enthusiasmum longè acerrimum & calidissimum erga fæminas.

καὶ τὸ εἰδός καὶ τὸ ὕθος &c. hic locus modicum memini desiderat. Non dubito tamen quin ubi bis legitur σωτονον ultimo loco legendum σωτομον.

μέγα μὲν θέρος. atqui magnam habet. Venus addit enim

enim magnam victoriam. vias enim in genitivo dorico est, non accusativo plurali.

τῶν Ταντάλων λεγομένων ταλάντων. hoc vult, eā quæ modo ab omnibus deserta noctu vagabatur sine face, modo a flante amoris vento videre est in tanto esse pretio, ut talentis Tantali eiusq[ue] regno anteponi debere videatur. quæ fuerit gnathænion nescio, nec etiam an fuit, nec hic quid sibi velit.

τῶν Ἀριδαίων Νυκόσπατρων. phrasis est Græca : nihil autem aliud est quam Nicostratus.

ἢ τῆς τοῦ Διὸς τημᾶς. sensus est, cum pleriq[ue] inventi sint, qui ut honores & dignitates assequerentur copiam uxorum fecerint, quenquam ne putas esse qui amasū prostituat, etiamsi premiū lenocinij propositū sit? Ut amasio prostituto non aliter colatur qua ipse Iupiter.

ἐτέρη δὲ τῶν ἑταίρων. hoc vult, Cūm quidam sociorum Antipatridæ cum eius Psaltria lasciuius versatus esset, ipse Alexander erga eam bene affectus rogauit Antipatridam an & tu eam amas? qui cūm respondisset, & valde quidem: Pereat dixit ille malus male. & à Psaltria abstinuit, intactamq[ue] eam reliquit. ubi autem legitur ἀποχέπεδαι, nullo sensu, legendum ἀποχέπεδαι abstinuisse.

σκόπει &c. rursus itaque considera, non hic præfert amorem Marti, sed huic amorem commendat quod non mollis sit nec effeminatus, sed quod etiam in bellicis rebus strenuus sit, nec in bellorum periculis frigescat.

εδὲ ἄπρος δεῖται. non dicit amatorem non egere Marte ad pugnandum, sed dicit Martis esse plenum, id est, bellici furoris, sic enim semper interpretamur Martem. sic apud Homerum: sæpe Martem sumunt men-

tes ἡ arte gerentes. tamen ἡ sensus recte constat, si seruentur versionis verba.

ὅτι χαλιδέων πάλλει πόλεοι. puto legendum non πάλλει sed θάλλει, ut sit in urbibus Chalcidensium, viget amor non sine animi fortitudine.

ἀρδέτης ἐγγεαφόμενον. de huius loci interpretatione nihil dicam, prius quam libros consuluerim: interim per interrogationem legendum hoc censo.

μόνον αἴτιον ὄντε. locus mihi videtur lacer.

ὅτε καὶ μηδὲν δεοπέροις. Quare non egent. Ego intellico, in bello quidem nullus unquam hostis amatorēς ἡ amasum illa vi disunxit, cum ἡ soleant amatores amasys ostendere fortes ne sint, an ignari etiam, cum nihil est opus. sic forsan intelligi potest hic locus, tamen meo quidem iudicio mendo non caret.

Ἐυαρμός. nomen est proprium, ἀμφιστεύς autem nomen est patria.

καὶ θείᾳ τίνι τύχῃ φανεῖ legētes: puto nihil deesse, nisi τῇ ἀληθῇ, ut sit, recte enim dicunt, ἡ diuina quadam sorte accidit ut veritatē tangerent, cum aiunt θείᾳ igitur legendum, ἡ in lacuna τῇ ἀληθῇ.

ῷ ιπάκλης. hoc vult: pene me conciliasti Anyto cum quo veluti paternas gerebam inimicitias Socratis ἡ Philosophia nomine: Anytus enim desertor fuit Socratis.

ἰωμένη μέσαις. eiaculans. non eiaculans, sed sanans, curans. Principium cuiusdam Idyllij apud Theocritum ad Niciam: explicat hunc locum.

ἄλλ' εἴτι μὴ Λύσανδρον. secundum Lysandrum in mentem reuocare operet quod prius dicebat Pasias Daphnæum amare Lysandram. Itaq; sic legendum puto: εἴτι μὴ σὺ Λυσανδρας ἐκλελογει πατέρων. nisi forte propter

propter Lysandri amorem antiquorum iocorum oblitus es.

τάῦτα. quām pulchrē: sic intelligo. Atqui hæc omnia quid aliud sunt quām diuinus quidam afflatus. Deest enim manifestò & ante θεοληψία.

ὤντι σόμα ἔασιν. permittere ut per os egrediatur, quinimo vertendum puto in ore manere, sinere os non egredi. Et hoc quod minimè præterit quia suo loco omisit, id est, quod postea rogatur ut dicat scilicet de fabulis Aegyptiorum.

καὶ γὰρ δὲ παραμένεις. est enim longum.

ἴως μὲν γὰρ. disputationem persequitur. Iam vero arbitror, ut & in alijs fermè omnibus quæ nobis animi cogitatione non sensuum perceptione cognita sint, ea nos accepisse aut à poëtis, aut à legibus, aut ratione, sic & opinionem de Deis, &c.

ἀχαλιέντοις πέδαις. intelligebat Euripides amorem colligatum pedicis, non æreis, neq; fabricatis, & loquebatur de amore uxorio qui non tam mutuo affectu quā pudore constringitur, ut indicant sequentia verba.

ἄλλ' ὑπὸ πλέρει φερομένοις. lego φερομένος, ut referatur ad φύλιας καὶ κατωναῖς. In Academiam, inquit, coronatus amor deducitur vectus quadrigis bigisq; amicitia, & societatis, non qualem Euripides ait constrietam pedicis, non æreis frigidam ille quidem & grauem imponens pro re & usu pudoris necessitatem, sed alia quadam stipatus amicitia quæ pennis fertur volans per quæcumq; sunt in rerum natura pulcherrima & diuinissima, de quibus & ab alijs scriptum est diligentius.

βίαιος αἰτίας. non vacat mendo.

Tota hæc Aegyptia narratio mihi sanè est mystica, ideoq; manus hisce sacris non admoueo usque ad eum locum

cum

cum ὡς δὲ γεωμέτραι.

ὕν δὲ κατ' ἐδὴν ἀπροσίτην καλεῖταις. qui vero terram  
Venerem sic interpretor, qui vero Venerem terram vo-  
cant et si nihil est quod eorum sententiam iuuet, capiam  
tamen aliquam similitudinem. Quemadmodum enim  
terra ob continuos in eam syderum aspectus quodāmodo  
cœlestis dici potest, certè locus est copulationis immorta-  
lium cum mortalibus, cum tamen per se infirma sit εἰ  
obscura in lucente sole, sic εἰ Venus sublata Amoris  
luce.

τὸν δὲ Ζευξίππον, εἰ. Verba sunt Diogenis, qui nar-  
rat celebrari nuptias, εἰ Zeuxippum quidem primo  
subtristem viatum, sed nunc primum esse qui choream  
ducat.

Hac adnotare libuit, pleraq; autem sunt ex iis qua  
à Stephano Boëthio collega meo viro verè Attico εὶ al-  
tero aetatis nostræ Budæo excepti.

Iulus enim qui in Galatia adnotauit in Pini Tolosani  
codice (Gallia) legi. quod et si non probari scio, quibusdā  
tamen veram esse Pini lectionem docet C. Tacitus libro  
xx. loquens enim de bello Gallico tempore Vespasiani εὶ<sup>Classico</sup>. Misere (ait) sese Iulus Tutor εὶ Iulus Sabi-  
nus, hic Trenir, hic Lingo. Ac post plura: Interea Iulus  
Sabinus projectis fœderis Romani monumentis Casarem  
se salutari iubet, magnamq; εὶ inconditam populariūm  
turbam in Sequanos rapit, conterminam ciuitatem εὶ<sup>nobis</sup> fidam. Nec Sequani detrectauere certamen: for-  
tuna melioribus affuit: fusi Ligones, Sabinus festinatum  
temerè bellum, pari formidine deseruit. utq; famam  
exitu faceret, villam in quam profugerat cremauit. Il-  
lic voluntaria morte interisse creditus. sed quibus ar-  
tibus,

tibus, latebrisq; ritam per nouem annos traduxerit, simul amicorum eius constantiam, & insigne Epponinæ uxoris exemplum suo loco reddemus. Hac Tacitus, cuius libri si ad nos integri peruenissent, nihil desideraremus. Nunc & locus hic Plutarchi ex eo lucem accipit, & illius historia suppleri potest ex Plutarcho: sed Galatiam ex Gallia efferri notum quoque est.

Formas intelligibiles. hoc verbo usum Ciceronem aiunt qui fragmenta Academicorum retinent. Nam impatibilis non video cur repudietur, cum in Tusculanis patibilis sit. Seneca Ciceronem ens & essentiam sapè usurpasse ait, ut & Sidonius Apollinaris, non video cur fugisse putetur sensibile, ut & sensile, quod & est apud Lucretium & caretiam pro priuatione Aristotelia, & Pontanus in fragmentis veterum à Cicerone usurpatam docet.

Eunamus. proprium est nomen, alij non putant, & interpretantur aliter.

Rursus autem alia quæ aliter verti posse videbantur adiunximus, & quæ addi poterant.

In ipso principio. quorsum istis opus? locus videtur corruptus, ego quandoque sic interpretabor: quorsum autem optime Flaviane narratio hæc proœmijs indiget? Recta est oratio, ordine prodierunt sermones, salutationem poscit affectui, & scena opus habet, in reliquis non cedit fabula.

Citharædorum prensationibus. quid si legamus congresibus.

Quasi arbitros. arbitros & framij dispensatores patrē.

In me odia versus. sunt versus. Odisti me, ego vero facile patior odio me haberi, lucro imputans dedecus meum.

meum.

*Adhortantem ad virtutem eos sedulitate necessaria.*

*Dulcibus in pratis. Thebis amabilibus in floribus oscula  
laberis puerorum femora, & corpus dulce.*

*Veneranda femorum dignitatem verò femorum non  
contemnam, o ingrate, propter oscula amara.*

*Et eam nondum tempestiuia. Et hanc quæ nondum  
nupsit, aut nuptias experta est.*

*Vi ne executus. vi ne gratias fecisti, an blanditijs puel-  
lam pellesti.*

*Sine decoro. sine forma.*

*Grata Venus. opera autem Cypridis nunc mihi placet,  
& Dionysij, & misarum, quæ hominibus letitiam ad-  
ferunt.*

*Pisias præ se ferebat. cum ipse parum tacuisse, Her-  
cules inquit, quanam est promptitudo & temeritas.*

*Fucum. venena.*

*Edico per me quidem. pronuntio quantum in me est.*

*Rarum & notum est. magnū enim est si leuis mixtio  
mulieri & lite, adolescentulo in idem conueniente, vini  
in morem vincat.*

*Delicias infert. & mollities firmas & stabiles à qui-  
bus sublatæ.*

*Hesiodum inuertamus. si illius est dictum, neq; mul-  
tum à triginta annis absit, neque multum illos supereret,  
ha nuptiae sunt tempestiuæ, mulier verò quartodecimo  
pubescat, & decimoquinto nubat.*

*Quis vetat comedere abundum. quis verò vetat lasciu-  
re pro foribus.*

*Eatenus perspicitur. & ea parte superbia percipitur.*

*Eam verò mulierem. quis fugere posset mulierem  
qua*

qua se amore correptam affirmat, et abhorret ne quo pacto matrimonium contrahat, initium sumendo à tali intemperantia.

Pluribus iam emicet. id est, quedam argumenta adiunxit orationi Protagonis. Nemo intelligeret si sic verteremus, auxilio nobis est quod cum pluribus ipsi amant.

Opem laturnus. opem feramus, id quod maximè times Pijas nos facere.

Preter tergorum. ad uectam per fluetus Ionios.

Sed culti ab uxoribus. sed in honore et potentia collocati, simul vixerunt beneuole.

Scribens ei qui praesidio tenebat Munichiam. vidi qui putarent hic Orchomeno proprium esse nomen: mihi non videtur.

Mirum facinus. rem miram audacter factam.

Humana luxus. divitijs affluens mortalis tamen omnis mulier animata es.

Omitte itaq; ades itaq; ut depreceris crimen et degenerationem quam ponis in Dys.

Dulcis amice. omnes amice intuere hanc animo in aequalitatibus, quantum ad longitudinem et latitudinem neg oculis percussus esto.

Tendiculas. deceptorum sed parum cultum esset.

Non absum procul. non enim longe absum, sed non video quanā haec sit Dea Venus, quae seminat largiturq; amore per quē omnes sumus, qui sumus in terra prognati.

Accessio parergon: sed decet angere lingua Romana.

Primum è ealcolis. primum quidem ante omnes alios Deos fecit amorem.

Amor otiosus. amor nang desidiosus in talibus quoq; natus est.

Non

*Non Cypris modo. non Cypris solum, sed est multorum nominum nomina efficiens. Est quidem orcus, est vis, incorrupta est vero rabies insanæ.*

*Mars cæcus. cæcus enim ô mulieres Mars, & nihil videns, & facie suis omnia malis turbat.*

*Et parricidam. cruentum.*

*Sed neque fas est. sed neq; fas affectione Deos facere, neq; rursus existimare Deos affectiones.*

*Venator. agrestis vero Apollo rectam rexit sagittam.  
Quis aliter. quis aliter censem rogo te per Deos.*

*De via declinare. deprauari.*

*Malis moribus. aut ob malitiam occurrentium.*

*Neq; est opus. in vobis quorum nonnulli finem habent magis necessarium quam pulchriorem.*

*Non edidit me. non enim me nox peperit lyræ dominum, neq; vatem, neq; medicum, sed mortalem vnam cum animis.*

*Cognatum ob locum. patriam intelligo.*

*Non aliam tamen gubernationem. non quidem alienam: sed hoc aduero punci vntuntur.*

*Platonis occurrere. nationi sunt consentanea.*

*In genere. communiter.*

*Afflatus diuinus. enthusiasmus.*

*Illiis autem. postquam ab humeris eius lati ministri arma abstulerunt non bellatur & sedet spectator aliorū.*

*Vis vna. familiare ad pulchrum, repugnans vero ad turpe, fuit ab initio animis, vt alicubi ait Plato generatum.*

*Cum autem Antipatrides. cum autem amicorum Antipatridis alter cum cantatrice lasciuiret, aiunt Antipatridem qui eam benevolentia prosequebatur, interrogasse.*

rogasse.

*Dixit Pemptides. dixerunt qui cum Pemptide erant.  
Sed lubenter audiremus.*

*Calchidensium aduersus. Thessalorum.*

*Deus idem factus. Deus autem medicinæ peritus.*

*Tueatur ius summum. solam obseruet iustitiam aut  
pœnam, solos ritus suos obseruet.*

*Diuina quadam sorte. diuinam quandam sortem at-  
tingunt.*

*Vtq; arreptis de mensa. nam auferens à mensa dimi-  
diam partem poculorum abiit.*

*Leuore. leuitate.*

*Igne domus lucente. lucente nang igne domus, con-  
spicitur splendidior, & homo videtur hilarior ob cali-  
ditatem amoris. ceterum præpostere sunt affecti.*

*Imbellis horret. contrahit alas vt Gallinaceus Clinias.*

*Ne nunc quidem. neque nunc in mentem venit, opti-  
mum esse videor permettere, vt per os egrediatur, vt  
Aeschili verbis utar.*

*Nouas proponit tabulas. fraudat debitores.*

*Squalida huius est caliditas. acris est ignis caliditas.*

*Decedit enim. insanit enim & agrotat.*

*Amor verò cognoscitur. cognobilis, sed rarius est, lu-  
cet apud Gellium.*

*Insanus. scilicet de sole inquiens: infelices verò ama-  
tores videmus euntes ad orcum sub terra.*

*Vbi eximia. cuius quod eximum est & parum &  
sine mendacio firmatur, vt amplectatur pulchritudinem  
& temporis progressu vna esse cupiat auferens & re-  
mittens placide est.*

*Amatores propter amicitiam. quare nonnulli amici  
et familiares tentantes per sauitiam extinguere affe-  
ctum vi, et temere nihil profecerunt, sed firmo:*

*Recta. rigide.*

*AcerBUM Deorum. potentissimorum Deorum. ge-  
nuit Iris, habens pulchra thalaria, commixta cum Ze-  
phyro aureas comas habentem.*

*Sic enim cogit existimare. sic enim vis infertur ei  
quod significare videtur. Refractio enim.*

*Amatores violatos. iniucundos.*

*A splendida fortuna. qui tamen ex claris ad res hu-  
miles et viles deuenerat, ceterum illa ipsu cōtemnebat.*

*Ardens puella. Non me latet exurens oculus mulieris  
iuvensis, qua virum gustauit.*

*Hæserit. imperat et innuit.*

*Pro eius. maxillis.*

*Abrogari. deponi eos.*

*Labes nefanda. hæc enim contumelia non Venus ef-  
ficit.*

*Sophoclis dictum. qui talibus amicis priuati sunt gau-  
dent, qui vero eos habent, precantur ut careant.*

*Vti vero luctu coniugis. sic cognoscere re vera uxoris  
amorem adhibita fide mortis renuntiata.*

*In simulatione paulò. in fictione violentia.*

*Bene ominabimini. acclamabitis.*

*Medicamentum vero. quale hoc sit medicamentum  
quæsui apud Græcos et Arabas medicos, nec inueni,  
et quæ minuunt comam, tatum abest, augeant carnem  
ut exedant.*

RESTIT

R E S T I T V T A  
A L I A.

Προσημίων ἡ διῆγοτις. deest μετὰ, nam esse εἰρωνείαν pag. 761.  
puto in hunc modum: μετὰ τροσμίων ἡ διῆγοτις εὐθὺς vers. 12.  
ἡ φρότασις. in eos dictum qui eloquentiam non opportu-  
no loco venditant.

φίλης οὐλι. οὐλι γατά.

29.

παγδὸς πορεῖθαι. malunt παγδοπορεῖθαι.

763. 8.

δ. ωλὺν. διὰ.

40.

κιλίχες. alias inueni κιλικίχες, id est, κακοπθεῖς. Swid.

764. 4.

ἀμύνας δῆθε πλειόνων. cumulatiūs id iam pernūncit,

18.

cūm ait: εἰδὲ τῷ πλέτῳ βούτησον. est ἀποστόπνοις. sci-  
licet ὃν φροσικόνιως λέγει.

δ' ιωνῖς καλεομάτων. δι' ὠνῖς καομάτων. Ari-  
stophan. οφυξὶ ἐχθρῶν παρ' αὐτρῶν δυσμενῆ κατίματα.  
Et idem Acharnens. Vers. 300. εἴ εγὼ κατάλεμῶ Τῆ-  
σιν ὑπτεῦσι πόλεις εἰς κατίματα. Οὐ iibi interpres: κατί-  
ματα δ' εἴσι δέρματα ἰχυρὰ καὶ σκληρά, ἀπερ Τῆς σανδα-  
λίοις καὶ Τῆς ἄλλοις ὑποδήμασιν ὑποβάλλεται. itaq δι'  
ὠνῖς καομάτων. præcio sandaliorum dixerim.

22.

εἰ δ' οὐ Τῆς. ad μὴ.

765. 6.

φροσίκει. φροσίκει.

23.

Ζεὺς γὰρ οἴδα πλὴν. Ζεὺς, οἴδα γὰρ πλὴν.

766. 23.

ώσε παρεῖς. lego παρεῖς. omittit ista, nec reum pra-  
beas te, accusando Deos ut furiros. Οὐ videtur deesse  
quidriam: τῶν δὲ τῶν λόγων ἀπέχει.

29.

καὶ ὅπως ἔνταῦτα. scilicet, ὥρα.

769. 1.

μαλάκαιοιν. ad. ἔνοικῶν.

27.

διαταλικῆ. χαλκιδικῆ.

35.

770. 2. καὶ ὁ λυσιμελὸς. καὶ κάλλει, ὁ λυσιμελὸς: nam κάλλει  
*transpositum est.*
7. στραῖηγῶν. στραῖωθῶν.
32. φάνεσι Ζῦ. ad. νεκρῶν.
771. 1. ταῦτα. πάντα.
13. κλινίας. κλείνας.
25. καιρός ἐσιν. malum καιρίος, *Iatalis, id est*, οὐ ἔρως.
26. πληγεῖς. ad. καιρίως. epigram. lib. I. eis λεπτάς. 190.  
 λαπίσθεῖς δὲ ὡς εἶχε τὸ καέλιον.
27. ψδὲ νῦν. ψδὲ νῦν, δηλὶ νῦν ὥλθεν δηλὶ τὸ σόμα κατ' αἴχυ-  
 λον. *Victorius Variarum lib. II. cap. 6.*
772. 24. ὁμοιότητα. ad. καὶ τῆς ἡλίου ὥρὸς τῇ γῇ. in terra. Vide  
*hanc pag. infr. 22.*
772. 15. αὖ. αὐχμηρὰ μὲν ή τάττα Θερμότης, ἥδε τῆς ἡλίου
31. δυσειρώτες. Vide pag. 320. 41. φαινομεθ' ὅντες τέδε  
 ὅτι Ζδὲ σίλβει.
44. αὐτὴ μὲν φυχῇ. αὐτῇ μὲν φυχῇ.
773. 39. τωργίαται. κατωργίαθαι.
775. 13. καμίναν. κάμμαν. *Supra 191. 18.*
776. 19. ψδὲν ή δεινὸν. ψδὲν εἰν.
777. 2. ἐμπονὸν. *Dionis Epitoni in Vespasiano. πεπονίλαν, Ο*  
*Sabinum Gallum principem coniurationis. Corn. Verò*  
*Tacitus Epponinam lib. 20. Hunc locum Ο paginam to-*  
*tam Victorius vertit lib. 18. cap. 15.*
763. 32. τὸ δὲ ἐξοπλίζειν τῷ ποσὶ ἀργεῖον λέων. arbitror esse di-  
 Etum *Senarium in Sycophantas. Apollonius in proverb.*  
 ἀργεῖα φορὰ λέγεται δηλὶ τῶν συνοφαγήντων. sensus est:  
*Detrahere, ut arma, dicta an Argivis decet? Cur Pisias*  
*eripit locum dicendi tibi Protogenes, qui satis acer tua*  
*sponte sis? λέως pro λαὸς.*


Φαληρ

Ταλιθείας. τῶν ἀλιθείας παιδίον. δε. να εἴη πρότερον 772. 41,  
versus sequenti ποθεῖται ποθεῖται.

*Hac è multis pauca, quæ, si tibi (lector)  
probantur, fruere: sunt enim  
meræ coniectura.*

F I N I S.









0999  
2722






With best kind regards,  
S. B., May 1st.

Q. 11. 08/05/42





5000

d

102